Sala R
Gab.
Est.
Tab. 29
N.º 1

R
29
1

¶ Catena aurea angelici . diuiniq3 doctoris. Sancti Thome de aquino Sacri ordinis predicatorũ nuper redacta ſuper oia euangelia dominicalia ⁊ ferialia: necnon ſuper quedã de ſanctis. Per religioſum Patrẽ fratrẽ Petrum de Vincentia Sacri eiuſdez ordinis. in alma venetiarum ciuitate.

¶ Innocẽtius Papa. In ſermone: Ecce pluſq̃ Salomõ hic. De ſancto doctore Thoma de aquino. Sic dicit.

¶ Huius Doctoris ſapiẽtia Pre ceteris. Excepta canonica. Habet proprietatem verborũ. Modum dicendorũ. Veritatez Sentẽtiarũ. Ita vt nunq̃ qui eum tenuit inueniatur A tramite Veritatis Deuiaſſe: Et qui eũ impugnauit. Semper fuit. De veritate. Suſpectus.

BIBLIOTHECA DA UNIVERSIDADE COIMBRA 60265

¶ Confirmatio ⁊ approbatio doctrine ſan-
cti doctoris Thome de aquino ordinis pre-
dicatorum.

VRbanus epiſcopus ſeruus
ſeruorum dei venerabili ar-
chiepiſcopo tholoſano ⁊ dile
ctis filijs cancellario eccleſie
tholoſane vniuerſiſqꝫ magi-
ſtris ⁊ doctoribus ceteriſqꝫ
clericis ⁊ laicis in ciuitate ⁊ prouincia tho-
loſana commorantibus. ſa. et ap. be. Lauda
bilis deus in ſanctis ſuiſ ⁊ in ſui maieſtate
mirabilis. cuius ineffabilis altitudo proui-
dentie: nullis incluſa limitibus. nullis ter-
minis comprehenſa recti cenſura iuditij cele
ſtia pariter ⁊ terrena diſponit. Et ſi cun-
ctos eiꝰ miniſtros magnificet. altis decoret
honoribꝰ: ⁊ celeſtes efficiat beatitudinis poſ
ſeſſores. Jllos tamē vt dignis digna repen-
dat potioribus attollit inſignijs. dignitatuꝫ:
⁊ premiorū vberiori retributione proſequiꝛ
quos digniores cognoſcit: ⁊ cōmēdat inten-
ſior excellentia meritorū. Sic ⁊ alma mater
eccleſia eius ſacra veſtigia inſequēs ⁊ exem-
plo īducta laudabili licet vniuerſos ī regnis
celeſtibus cōſtitutos: ſtudijs honorare ſolici
tis nō deſiſtat: egregios tamen doctores per
quorū perlucida ⁊ ſalutaria documenta eadē
eccleſia illuſtratur virtutibuſqꝫ ⁊ moribus in
formatur. libenter ⁊ ſolerter exequiꝛ que ſūt
dei: premiſſa meditatione perluſtrās. Ad di
uini nōis honorē ⁊ gloriam ⁊ exaltationē ca
tholice fidei: ſalutēqꝫ fidelium rite cēſuit me
ritoqꝫ prouidit eoſdem in vniuerſali eccleſia
honorificētie potioris ⁊ īpēdijs attollēdos.
Sane cum ſacrum ⁊ venerabile corpus bea
ti thome de aquino ordinis fratrū predicato-
rum ſit de mandato noſtro ad eccleſiam fra-
trum predicatorū tholoſanam de proxio trāſ
ferendū. nos attēdentes quanta a deo ſcien-
tia dotatus ordinē fratrū predicatorū ⁊ vni-
uerſalem eccleſiam illuſtrauerit: ac beati Au
guſtini veſtigia inſequēs: eccleſiā eandē do-
ctrinis ⁊ ſcientijs quāplurimis adornauerit
Volenteſqꝫ preterea idē corpus ſpeciali ho
norificentia attolli vniuerſitatem veſtrā req-
rimus ⁊ hortamur in dn̄o ieſu chriſto vobis
nihilominus per apoſtolica ſcripta mādan-
tes. quatenus dictum corpus cum ad partes
eaſdeꝫ tranſferetur: benigne ⁊ honorifice ſu
ſcipientes. eūqꝫ deuote ac venerabiliter per-
tractantes faciatis ab alijs quantū in vobis
eſt cū debita honorificentia ac deuotione ſu-
ſcipiet tractari. Volumus inſuper ⁊ tenore
preſentium vobis iniungimus vt dicti beati
thome doctrinā tanqꝫ veridicā ⁊ catholicam
ſectemini: eāqꝫ ſtudeatis totis viribus am-
pliare. Datū apud montē flaſconē. ij. cal. ſe
ptēbris pōtificatus noſtri anno. vj.

¶ Epiſtola vniuerſitatis pariſiēſis in fauo
rem doctrine ſancti doctoris.

VNiuerſis p̄ſentes litteras in
ſpecturis. Stephanus pmiſ
ſione diuina pariſiēſis epi-
ſcopus: ſalutē in omniū ſal-
uatore. Magiſtra rerū expe-
riētia certis indicijs euidēter
demōſtrat: mlta quibuſdā tēporibus ordia-
ta cōſulte: nouis emergentibus cauſis: ſucce
dentibus tēporibus: in cōtrarium debere cō
ſultius īmutari. Dudū ſiquidē memorie fe-
licis quidā predeceſſores noſtri pariſienſes
epiſcopi quoſdā articulos: ne forſitā eos ma
le intelligentes caderent in errorem tanqꝫ er
roneos per excōmunicationis ſententiaꝫ dā
nauerunt ⁊ interdixerunt expreſſe. Quoruꝫ
tamē nōnulli doctrinā eximij doctoris beati
thome de aquino de ordine fratrū predicato
rum tangere ab aliquibus aſſeruntꝛ. Quā ar
ticulorū ⁊ ſententiarum promulgationeꝫ: ve
nerabiles viri: decanus ⁊ capitulum eccleſie
domine noſtre ſicut veritatis zelatores inti-
mius conſiderantes. nec non doctrine ac fa-
me beati thome predicti iniuſtam denigratio
nem: veritatis occultationē: ⁊ ſancte roma-
ne eccleſie aliqualē dehonorationem per ve
nerabilem virum magiſtrum anibaldū deca
num: atrabatēſem archidiaconuꝫ: ſacre theo
logie doctorem: ⁊ dominū petrū de fagello
pariſienſem canonicum: eorum propter hoc
nuncios ad nos ſpecialiter deſtinatos: nos
requiſierunt: nobiſqꝫ ſupplicauerunt quate-
nus vocatis omnibus ſacre theologie docto
ribus: ac cū eiſdē comunicato conſilio: ⁊ de-
liberatione habita diligenti ⁊ cum alijs etiaꝫ
qui de talibus ⁊ in talibus poſſunt: veritatis
viā aperiremus per quā in predictis articu-
lis inquātū doctrinam beati thome predicti

⁊ doctoris egregij tangere poſſunt: ⁊ ſancte
romane eccleſie ac ſancti predicti ⁊ doctoris
venerabilis honorē ꝯ reuerentiā ſeruarem⁹
Nos igitur attēdētes cum eis ꝙ ſacroſancta
romana eccleſia mater omniū fideliū ⁊ magi/
ſtra fidei ⁊ veritatis in firmiſſima petri: chri/
ſti vicarij confeſſione fundata ad quā velut
vniuerſalem regulā catholice veritatis perti
net approbatio doctrinarum: declaratio du/
biorum determinatio tenēdorū: ⁊ confutatio
errorū: prefatū doctorē eximiū ⁊ venerabilē:
cuius doctrina fulget eccleſia vt ſole luna nu
per ſanctorū confeſſorum catalogo aſcriben
dum decreuit: diligenti diſcuſſione ⁊ exami/
natione habita ſuper vita ſancta ⁊ doctrina
clara ipſius: ipſumq̃ quo ad vitā purā ⁊ do
ctrinam ſalubrem orbi terre dignū ⁊ cōmen
dabilem predicauit. Cupiētes igitur glorio
ſum deū in ſanctis ſuis apud fideliū deuo/
tionē in terris glorioſius exaltari: ac ſacratiſ
ſime matris noſtre predicte deſiderantes ve
ſtigia ſancta imitari: dictūq̃ confeſſorē ⁊ do
ctorē glorioſum feliciter in celis regnantem
apud terrigenas deuotius ⁊ celeberius ho/
norari: ꝑſertim cum fuerit vniuerſalis eccl'ie.
LVMEN PREFVLGIDVM:
GEMMA RADIANS CLE/
RICORVM: FONS DOC/
TORVM: VNIVERSITA/
TIS NOSTRE PARISIEN/
SIS SPECVLVM CLARIS/
SIMVM: ET CANDELA/
BRVM INSIGNE AC LV/
CENS. PER QVOD OM/
NES QVI VIAS VITE ET
SCOLAS DOCTRINE SA/
NE INGREDIVNTVR: LV
MEN VIDENT CLARITA
TE VITE: FAME CLARE:
ET SCIENTIE LVCIDE VE
LVT STELLA SPLENDI/
DA ET MATVTINA RE/
FVLGENS. per venerabiles ac dile/
ctos conſiliarios noſtros fideles: magiſtrū
vgonē de biſontio cantorē pariſiēſem: ma/
giſtrum ſtephanū de nouauilla: ⁊ dominum
oddonē de ſenonis canonicū pariſienſem inq
ſitione facta ſuper dictis articulis apud do/
ctores theologie facultatis in eorū cōgrega
tione generali regentiū ⁊ nō regentiū ſecula/
rium ⁊ regularium ad hec ſpecialiter cōuo/
cata: cōperto per dei gratiam dictū confeſſo
rem beatum ⁊ doctorē egregium nil ſenſiſſe:
docuiſſe ſeu ſcripſiſſe ꝙ ſane fidei vel bonis
moribus aduerſetur: De conſilio venerabi
lium virorū decani ⁊ capituli pariſienſis. ⁊
venerabilis patris. d. gulielmi: dei gratia
vienēſis archiepiſcopi ſacre theologie pro/
feſſoris. ⁊ aliorū viginti triū magiſtrorū in
theologia: vna cū reuerēdo patre ſupradi/
cto in litteris cū earū ſigillis per prefatos cō
miſſarios nobis miſſos. necnō ⁊ triginta no
uem bachalariorum in theologia ſuper hec
per litteras eorum proprijs ſubſcriptionib⁹
⁊ ſigillis munitā ſuper conſulentiū ⁊ rogan
tium humiliter ⁊ deuote ⁊ aliorū diſcretorum
ſolēni ac maturo conſilio ſuper hoc habito.
Supradictam articulorum condemnationem
⁊ excōmunicationis ſententiam quantū tan/
gunt vel tangere aſſeruntur ſanam doctrinā
ſancti thome ꝑdicti ⁊ doctoris eximij ex cer/
ta ſcientia tenore preſentiū totaliter annulla/
mus. In cuius confirmationis teſtimonium
ſigillum noſtrum preſentibus ē appenſum.
Datum apud bertiliacum anno domini.
M.cccxxv. die iouis ante ſacros cineres.

# ¶ PROEMIVM ANGELICI DOCTORIS SANCTI THOME DE AQVINO SACRI ORDINIS PREDICATORVM AD VRBANVM PAPAM QVARTVM IN LIBRVM QVATTVOR EVANGELISTARVM.



Anctiſſimo ac reuerendiſſimo prī dn̄o vrbano diuia prouidētia pape q̄rto: frat Thomas de aq̄no ordinis fratrū p̄dicatorꝫ: cum deuota reuerentia pedū oſcula beatoꝝ. Fons ſapie vnigenituꝫ dei verbū p̄ſidēs i excelſis: ꝑ qd̓ pater ſapienter fecerat: ⁊ ſuauiter diſpoſuerat vniuerſa: i fine tempoꝝ carnē ſumere voluit vt ſub tegumento nature corporee ſplendorem eiꝰ humanꝰ intuitus poſſet inſpicere: quē in celſitudine maieſtatis diuine attingere nō valebat. Diffuderat ſiquidē radios ſuos: ſapie vꝫ ſue indicia ſuꝑ oīa opa que creauit: quodā vero ampliori ꝑuilegio imaginē propriā hominuꝫ aīabus impreſſerat: quātū diligentiꝰ expreſſerat i cordibus ipſuꝫ amantiū ſc̄m ſui muneris largitatē. Sed qd eſt hominis aīa i taꝫ imenſa creatura: vt diuine ſapie veſtigia poſſit cōprehendere ad ꝑfectionē: quiimmo ⁊ ſapiētie lux infuſa hominibꝰ ꝑ peccati tenebras ⁊ occupatōnū temporaliū caligines fuerat obumbrata: ⁊ intātū ē quorundā cor inſipiens obſcuratū: vt dei gl'iaꝫ in idola vana conuerterent: ⁊ que nō conueniunt facerent: in ſenſum reprobū īcidentes. Diuina vero ſapia que ad ſui fruitionē hominem fecerat: euꝫ ſui inexpertē eſſe nō ſinens: totā ſe i humanā naturā cōtulit: eam mō ſibi aſſumēdo mirabili: vt errantē hoīem ad ſe totaliter reuocaret. Huiꝰ igit̄ ſapie claritatē nube mortalitatis velatam p̄mꝰ aplo͂ꝝ princeps fide conſpicere meruit: ⁊ eam conſtanter abſq; errore ⁊ plenarie confiteri dicens: Tu es chriſtꝰ filius dei viui. O beata ↄfeſſio quaꝫ nō caro ⁊ ſanguis ſꝫ pater celeſtis reuelat: hec i terris fūdat eccleſiā: aditū p̄bet i celū peccata merētur ſoluere: ⁊ contra eam porte non p̄ualent inferorꝫ. Huiꝰ igitur fidei ac confeſſionis heres legitime: ſanctiſſime pio pro ſtudio mens ueſtra inuigilat: vt tāte ſapie lux fideliū corda ꝑfundat: ⁊ hereticoꝝ confutet iſanias: que per portas iferoꝝ merito deſignantur. Sane ſi ſc̄m platonis ſn̄iaꝫ beata cenſetur reſpublica: cuius rectores operam ſapie dare contigerit: illi ſiquidem ſapie quam ibecillitas intellectus humani erroribus plerūq; cōmaculat: quātomagis ſub ueſtro regimine beatus cenſeri poteſt populus chriſtianus: vbi tanta diligentia excellentiſſime illi ſapie curam impenditis: quam dei ſapiētia carnalibꝰ membris induta ⁊ vbis docuit: ⁊ operibus demonſtrauit: Et huius ſiquidem diligentie ſtudio veſtre ſanctitati cōplacuit mihi committere matthei euāgelium exponendum: quod iuxta propriam facultatem executus ſollicite ex diuerſis doctorum libris predicti euangelij expoſitionem continuam compilaui: pauca quidem certorum auctorum verbis vt plurimuꝫ ex gloſis adijciens: que vt ab eorum dictis poſſent diſcerni ſub gloſe titulo prenotaui. Sed ⁊ in ſanctorum doctorum dictis hoc adhibui ſtudiū: vt ſingulorum auctorum nomina: necnon in quibus habeantur libris aſſumpta teſtimonia deſcribantur: hoc excepto q̄ libros expoſitionum ſupra loca que exponebantur nō oportebat ſpecialit̄ deſignari: puta ſicubi nomen inueniatur Hieronymi: de libro mentione non facta: datur intelligi q̄ hoc dicat ſuper mattheum. ⁊ in alijs ratio ſimilis obſeruetur: niſi his que de commentario chryſoſtomi ſuper mattheum ſumuntur oportuit inſcribi in titulo ſuper Mattheum vt ꝑ hoc ab alijs q̄ ſumuntur de ipſius homiliario diſtinguant. In aſſumēdis aūt ſancto

rū teſtimonijs: plerūq; oportuit aliqua reſci/
di de medio ad prolixitatem vitādā: nec non
ad manifeſtiorē ſenſum: vel ſēm cōgruētiā
expoſitionis lr̄e ordinē cōmutari. Interdū
etiā ſenſum poſui: verba dimiſi: precipue in
hōeliario chryſoſtomi: ꝓpter hoc q̄ eſt trāſ
latio vitioſa. Fuit autem mea intentio ī hoc
opere nō ſolū ſenſum proſequi litteralem ſ;
etiā myſticū ponere: interdū etiā errores de
ſtruere: necnō cōfirmare catholicā veritatem
Qḋ quidem neceſſarium fuiſſe videt̄: q2 in
euangelio precipue forma fidei catholice tra
dit̄ ⁊ totius vite regula chriſtiane. Prolixū
igitur preſens opus nō videat̄ alicui: fieri
enim nō potuit vt hec omnia ſine diminutio
ne proſequerer: ⁊ tot ſcōꝝ ſn̄ias explicarem
omnimoda breuitate ſuata. Suſcipiat itaq;
veſtra ſanctitas preſens opus veſtro diſcu/
tiēdum corrigendūq; iudicio: veſtre ſollici/
tudinis ⁊ obedientie mee fructum vt dum a
vobis emanauit preceptū: ⁊ vobis reſeruat̄
finale iudiciū: ad locum vnde exeunt flumia
reuertantur.

EVangelij pronūciator aptus
eſaias propheta: euangelice
doctrine ſublimitatē nomen
⁊ materiā breuiter cōprehen/
dens: euāgelicū doctorem ex
pſona dn̄i alloquitur dicens:
Super mōtem excelſū aſcende tu q euāgeli/
zas ſyon. exalta in fortitudine vocem tuam:
qui euāgelizas hieruſalē. exalta: noli timere:
dic ciuitatibus iude: ecce de9 veſter: ecce dn̄s
de9 in fortitudine veniet ⁊ brachiū eius do/
minabit̄: ecce merces eius cū eo. Vt autem
ab ipſo euāgelij noīe ſumamus exordium.
AVG. cōtra fauſtū: Euāgelij nomen la
tine interpretatur bonus nuncius: vel bona
annūciatio: qḋ quidem cū aliquod bonū an/
nunciatur: ſemꝑ dici pōt: proprie tamē hoc
vocabulum obtinuit annūciatio ſaluatoris.
Narratores quippe originis factorū dictoꝝ
paſſionū dn̄i ieſu xp̄i ꝓprie dicti ſūt euāgeli
ſte. CHRY. in ho. Quid eni; his bonis
nūciatis fiat equale? de9 in terra: homo in ce
lo: amicitia dei ad noſtrā facta naturā: proli/
xum ſolutū preliū: diabolus cōfuſus: mors
ſoluta: paradiſus apertus. Et hec oīa ſupra
dignitatem noſtrā: ⁊ cum facilitate nobis da
ta ſunt: nō q2 laborauimus: ſed q2 dilecti ſu/
m9 a deo. AVG. i li. de vera reli. Cū enī
oībus modis medeatur animis deus: pro tē
porū opportunitatibus que mira ſapiētia ei9
ordinant̄: nullo modo beneficentius cōſulu
it generi humano: q̄; cum vnicus filius cō/
ſubſtātialis patri ⁊ coeternus totū hominem
ſuſcipere dignatus eſt: ⁊ verbum caro factū
eſt: ⁊ habitauit in nobis: ita enim demōſtra/
uit q̄; excelſum locū inter creaturas habeat
humana natura in hoc q̄ hominibus in ve/
ro hoīe apparuit. AVG. ī ſer. de nati. De
mū factus eſt deus homo: vt homo fieret de
us. Hoc igitur bonū euangelizandū prenū
ciat ꝓpheta dicens. Ecce de9 veſter. LEO
PAPA ī epi. ad flauianū: Exinanitio aūt
illa qua ſe inuiſibilis viſibilem ꝑbuit: ⁊ cau
ſator ac dn̄s oīum rerum vnus voluit eſſe
mortaliū: inclinatio fuit miſerationis: nō de
ſertio poteſtatis. GLOSA. Ne ergo ſic
deus adeſſe credatur vt fieret aliqua diminu
tio poteſtatis: ſubiungit propheta: Ecce do/
minus in fortitudine veniet. AVG. de
doc. chriſtiana. Non per locorum ſpatia ve
niendo: ſed in carne mortali mortalibus ap
parendo. LEO PAPA in ſer. de do/
mini paſſi. De ineffabili autem dei poten/
tia factum eſt: vt dum deus verus eſt in car
ne paſſibili: conferatur homini gloria per cō
tumeliam: incorruptio per ſupplicium: vita
per mortem. AVGV. de baptiſmo par/
uulorum: Fuſo enim ſanguine ſine culpa
omnium culparum chirographa deleta ſūt:
quibus homines a diabolo antea tenebant̄.
GLOSA: Quia ergo per virtutem chri
ſti patientis homines a peccato liberati: ſer/
ui facti ſunt dei. Sequitur: Et brachium ei9
dominabitur. LEO PAPA in ſer. de
paſſi. Affuit autem nobis in chriſto ſingula
re preſidium: vt in natura paſſibili mortis
conditio non maneret: quam impaſſibilis eſ
ſentia recepiſſet ⁊ per id quod non poterat
mori: poſſit id quod mortuum erat ſuſcitari
GLO. Et ſic per chriſtum nobis immor/
talis glorie adit9 aperitur. vnde ſequit̄: Ecce
merces eius cū eo. de qua ſcilicet ipſe dicit.
merces veſtra copioſa eſt in celis. AVG.

contra fauſtum: Eterne enim vite promiſſio
regnū〈q〉ꝫ celorum ad nouū pertinet teſtamen
tum: temporalium vero promiſſiones teſta
mento veteri cōtinentur. GLO. Sic ergo
quattuor nobis de chriſto euāgelica doctri
na tradit: diuinitatē aſſumētē: humanitatem
aſſumptam: mortē per quam a ſeruitute eri-
pimur: reſurrectionē per quā nobis aditus
glorie vite aperitur: ⁊ ꝓpter hoc in ezechie
le ſub figura quatuor animaliū demōſtrant̄.
GREG. ſuper ezechi. Ipſe enim vnige-
nitus dei filius veraciter factus eſt homo:
ipſe in ſacrificio noſtre redēptionis digna-
tus eſt mori vt vitulus: ipſe per virtutē ſue
fortitudis ſurrexit vt leo: ipe ēt aſcēdēs ad
celos ē eleuatus vt aquila. GLO. In qua
aſcenſione manifeſte oſtendit ſuā diuinita-
tem. Mattheus ergo in homine intelligit̄:
qꝛ circa humanitatē chriſti principaliter imo
ratur: Marcus in leone: quia agit de reſur-
rectione: Lucas in vitulo: qꝛ agit de ſacerdo
tio: Joannes in aquila ſcribens ſacramenta
diuinitatis. AMBRO. ſuper luçam: Et
bene accidit vt quoniā euāgelij librum ſm
Mattheum dicimus eē moralē opinio huiꝰ
premitteret̄: mores enim proprie dicunt̄ hu-
mani. Figura autē leonis aſcribitur marco
quia a potētie cepit expreſſione diuine cū di-
xit: Initiū euāgelij ieſu chriſti filij dei. Joā-
ni autē figura aquile eo ꝙ diuine miracula
reſurrectionis expreſſit. GREG. ſuper
ezechielem. Hec autem ipſa vniuſcuiuſ〈q〉ꝫ
libri euāgelica exordia teſtantur: nā qꝛ ab hu
mana generatione cepit: iure per hominem
mattheus: quia per clamorē in deſerto: recte
per leonē marcus: qꝛ a ſacrificio exorſus eſt
bene per vitulum lucas: qꝛ vero a diuinitate
verbi cepit: digne per aquilā ſignificat̄ ioan
nes. AVG. de con. euan. Vel mattheus
qui regiam chriſti perſonam maxime cōmen
dauit: per leonē ſignificatur: Lucas autē ꝑ
vitulum propter victimā ſacerdotis: Mar-
cus autē qui ne〈q〉ꝫ ſtirpem regiam ne〈q〉ꝫ ſa-
cerdotalem narrare voluit ⁊ tamē in huma-
nis verſatus oſtenditur: hominis figura ſi-
gnificatur. Hec autē tria animalia: leo: ho-
mo: vitulus in terra gradiunt̄. vnde iſti tres
euāgeliſte in hijs maxime occupati ſunt que
chriſtus in carne operatus eſt. At vero ioan
nes velut aquila volat: ⁊ lucē incommutabi
lis veritatis accutiſſimis cordis oculis intue
tur: ex quo datur itelligi tres euāgeliſtas cir
ca actiuam vitā fuiſſe verſatos: Joannē ve-
ro circa cōtēplatiuam. REMI. Doctores
autē grecorum per hominem intelligunt ma
theum: quia genealogiam domini ſm carnē
deſcripſit: per leonē vero Joannem: quia ſi
cut leo ſuo rugitu cūctis beſtijs timorē incu
tit: ſic ⁊ ioannes cunctis hereticis timorē in
cuſſit: per vitulū intellexerūt Lucam: qꝛ vitu
lus ſacerdotalis eſt hoſtia: ⁊ ipſe ſemper cir
ca tēplū ⁊ ſacerdotiū verſatus eſt: ⁊ per aq-
lā marcū intellexerūt: quia aqla in ſcripturis
diuinis ſolet ſignificare ſpiritūſanctū: qui lo
cutus fuit per ora prophetarū: ⁊ ipſe a ꝓphe
tico teſtimonio exorſus ē. HIERO. Cir
ca numerū vero euāgeliſtarū ſciēdū eſt plu-
res fuiſſe qui euāgelia ſcripſerunt: ſicut ⁊ lu
cas euangeliſta teſtatur dicēs: Quoniā qui
dem multi conati ſunt ordinare ⁊c̄. Et ſicut
perſeuerantia vſ〈q〉ꝫ ad preſens tēpus moni-
menta declarauit: que a diuerſis auctoribus
edita: diuerſarum hereſum fuere principia:
vt eſt illud: iuxta Egyptios ⁊ Thomam ⁊
Matthiam ⁊ Bartholomeū. xij. quo〈q〉ꝫ apo
ſtolorum ⁊ Baſilidis at〈q〉ꝫ Apellis ⁊ reli-
quorum: quos enumerare longiſſimum eſt:
eccl'ia aūt que ſupra petrā dn̄i voce fūdata ē:
quatuor flumina paradiſi inſtar eructuans:
quatuor annulos ⁊ angulos habet: ꝑ quos
quaſi arca teſtamēti ⁊ cuſtos legis dn̄i lignis
mobilibus vehitur. AVG. de que. euan.
Vel qm̄ quatuor ſunt partes orbis terre: ꝑ
cuius vniuerſitatē chriſti eccleſia dilatatur.
Alius aūt fuit eis ordo cognoſcēdi at〈q〉ꝫ pre
dicandi: alius autē ſcribēdi. Ad cognoſcen-
dum quippe at〈q〉ꝫ predicādū primi fuerūt: q
ſecuti ſunt dn̄z in carne preſentē: docētē au-
dierunt: faciētē〈q〉ꝫ viderunt: at〈q〉ꝫ ex eius ore
ad euangelizandū ſūt miſſi. Sed in cōſcribē
do euāgelio qḋ diuinitus ordinatū eē credē-
dum ē ex numero eorū quos ante paſſionem
dn̄s elegit: primū vltimū〈q〉ꝫ locū duo tenue-
runt: primū mattheus: vltimū Joannes: vt
reliqui duo qui ex illo numero non erant: ſꝫ
tamē chriſtū in illis loquētē ſecuti erāt: tan〈q〉ꝫ
filij amplectēdi: ac per hoc in loco medio cō-
ſtituti: vtro〈q〉ꝫ ab eis latere munirētur. RE
MI. Mattheus quidē ſcripſit in iudea ſub
tēpore Caij Caligule imperatoris: Mar-

eus in italia Rome ſub tēpore neronis vel claudij ſm rabanum: Lucas vero in achaie boetieqʒ partibus rogatus a theophilo: ⁊ ioannes epheſi in aſia minori ſub tpe Nerue principis. BEDA: Sed tamē cū ſint quatuor euāgeliſte: non tam quatuor euangelia qʒ vnū quatuor librorū veritati conſonū ediderunt. Sicut enim duo verſus eandē prorſus habentes materiam: pro diuerſitate metri ⁊ verborū duo ſunt: ⁊ tamē nō niſi vnaʒ cōtinēt ſentētiam: ſic euangeliſtarū libri cū ſint quatuor: vnū cōtinēt euangeliū: qꝛ vnā doctrinā faciūt de fide catholica. CHRY. in ho. Sufficiebat autē vt vnus euangeliſta oia diceret: ſed cū quatuor ab vno ore oia loquanť: nō ſm eadē tēpora: neqʒ in eiſdē locis cōueniētes ⁊ ad inuicē colloquentes maxima fit demōſtratio veritatis. Et hoc ipſum qđ in aliquibus modicis diſſonare videtur: maximū ſignū veritatis eſt. Si enim per oia cōſonarent: crederent inimici q ex placito quodā humano cōueniētes ſcripſerint que ſcripſerunt. In principalibus quidē q̄ pertinēt ad informationē vite ⁊ predicationē fidei: nequaqʒ diſſonāt: nec in paruo. Si autē in miraculis: h quidem hoc: ille vero illa dixit: hoc te nō cōturbet. ſi enim vnus oia dixiſſet: ſuperfluus eēt numerus reliquorum. ſi oēs diuerſa: nequaqʒ cōſonātie demōſtratio appareret. ſi autē aliqđ de tpibus vl modis differenter annunciant: hoc nihil impedit eorū que dicta ſunt veritatē: vt infra oſtēdetur. AVG. de cō. euā. Quāuis autem ſinguli eorum ſuū quēdā narrādi ordinem tenuiſſe videantur: nō tamē vnuſquiſqʒ eorum velut alterius precedentis ignarus voluiſſe ſcribere reperitur: vel ignorata pretermiſiſſe que ſcripſiſſe alius inuenit: ſed ſicut vnicuiqʒ inſpiratū ē: nō ſupfluā cooperationem ſui laboris adiūxit. GLO. Sublimitas autē euangelice doctrine cōſiſtit quidem primo in eius excellentiſſima auctoritate. AVG. de cō. euā. Inter oēs enim diuinas auctoritates que ſanctis litteris ptinētur: euāgelium merito excellit: cuius primi predicatores apl'i fuerūt: qui dñm ieſū ſaluatorem noſtrū xpm etiā in carne preſentē viderūt: quorum quidā hoc ē mattheus ⁊ ioannes etiam ſcripta de illo que ſcribēda viſa ſunt: libris ſingulis ediderunt. Ac ne putaretur qđ attinet ad percipiēdū ac predicandū euāgelium intereſſe aliquid: vtrū illi annūciēt qui eūdē dominū hic in carne apparentē ſecuti ſunt: an alij qui ex illis cōperta fideliter crediderunt: diuina prouidētia procuratū eſt p ſpūm ſcūm: vt quibuſdā etiā ex illis que pmos apoſtolos ſequebanť: nō ſolū annūciandi verū etiā ſcribēdi euāgeliū tribuereť auctoritas. GLO. Et ſic patet q ſublimitas euāgelice auctoritatis a chriſto depēdet: ⁊ hoc deſignatur in verbis prophete premiſſis cū dicitur: Super mōtē excelſum aſcende tu. Mons eni excelſus chriſtus eſt: de quo idem eſaias dicit: Erit in nouiſſimis diebus preparatus mons: domꝰ dñi in vertice montiū. i. ſuper oēs ſanctos qui a mōte chriſto montes dicūtur: qꝛ de plenitudie eius omnes accepimꝰ. Recte autē ad mattheum dicit: Supra montem excelſum aſcende tu. quia ſicut predictū ē: ipſe in ppria pſona facta xpi vidit ⁊ eiꝰ doctrinā audiuit. AVG. de cō. euā. Illud āt diſcutiēdū ē qđ ſolet nonullos mouere: cur ipſe dñs nihil ſcripſerit vt alijs de ipſo ſcribētibꝰ neceſſe ſit credere: Sʒ nequaqʒ dicendū eſt: q ipſe nō ſcripſerit qñ qdē mēbra eiꝰ id operata ſunt: qđ dictāte capite cognouerūt Quicqd. n. de ſuis factis ⁊ dictis nos legere voluit: hoc ſcribendū illis tāqʒ ſuis māibus imperauit. GLO. Secundo etiā hʒ euāgelica doctrina ſublimitatē virtutis. vnde apl's dicit: q euangelij virtus dei ē i ſalutē omni credenti. Et hoc oñdit ppheta in premiſſis verbis cum dicit: Exalta in fortitudie vocē tuaʒ. in quo etiā ⁊ modū euangelice doctrine deſignat in exaltatione vocis: p quam doctrine claritas datur. AVG. ad voluſianum: Modus enim ipſe quo ſcā ſcriptura ptexiť eſt omnibꝰ acceſſibilis pauciſſimis penetrabilis ea que aperte ptinet quaſi amicus familiaris ſine phuco ad cor loquiť idoctorū atqʒ doctorum. Ea vero que i myſterijs occultat: nec ipſa eloquio ſupbo erigit quo nō audeat accedere mens tardiuſcula ⁊ inerudita quaſi pauper ad diuitē: ſed inuitat oēs humili ſermone quo non ſolum manifeſta paſcat: ſed etiam ſecreta exerceat veritate: hoc in promptis qđ in reconditis habens. Sed ne aperta faſtidirenť eadeʒ rurſus apta deſideranť: deſiderata quodāmō renouantur: renouata ſuauiter intimantur. His ſalubriť ⁊ praua

torrīguntur ⁊ parua nutriunt̃: ⁊ magna oble
ctantur ingenia. GLO. Sʒ quia vox exal
tata longius auditur poteſt in exaltatione vo
cis euangelice doctrine publicatio deſignari
q: non ad vnam tm̄ gētem: ſʒ ad vniuerſas
nationes predicanda mandatur. Predicate
inquit dn̄s euāgelium oī creature. GRE.
Pōt enim oīs creature nomine natio gen-
tiū̄ deſignari. GLO. Tertio aūt hʒ euan-
gelica doctrīa altitudinē libertatis. AVG.
In veteri enim teſtamento propter tpalium
bonorum ꝓmiſſionem: malorūq; cōminatio
nem ſeruos paris tpalis hieruſalē. In nouo
aūt vbi fides īperat charitatem qua lex poſſit
impleri: non magis timore pene ꝙ̄ dilectiōe
iuſticie liberos parit hieruſalē eterna. GLO.
Vnde ⁊ hanc ſublimitatem doctrine euāge-
lice ꝓpha deſignat dicens: Exalta noli time
re. Reſtat aūt videre quibus ⁊ qua ꝺ̄ cā hoc
euangelium ſit ſcriptū. HIERO. Mat-
theus enim euāgelium in iudea hebreo ſer
mone edidit: ob eorum maxime cām q in hie
ruſalem crediderāt ex iudeis. cum enim pri-
mo predicaſſet euangeliū in iudea: volēs trā
ſire ad gentes: ꝑmus euangelium ſcripſit he
braice: qꝺ̄ fratribus a qbus ibat ad memoriā
dereliquit. Sicut eni neceſſe fuit ad confir
mationē fidei euangeliū predicari: ſic ⁊ cōtra
hereticos ſcribi. CHRY. Corpus autem
ſue narrationis ordinauit mattheus hoc modo
primū natiuitatē: deīde baptiſmū: tertio ten-
tationē: quarto doctrinam: qnto miracula:
ſexto paſſionē: ſeptimo reſurectionē ⁊ aſcē
ſionē ipſius: nō ſolū hiſtoriaʒ de chriſto ex-
ponere volens ꝑ hoc: verū etiam euangelice
vite ſtatum docere: qm̄ nihil eſt ꝙ ex parenti
bus naſcimur: niſi iterū ꝑ aquā ⁊ ſpm̄ renati
fuerim⁹ ex deo. Poſt baptiſmū aūt neceſſe
eſt ꝯtra diabolū ſtare: poſt hoc quaſi omni ſu
perata tentatiōe factus idōeus ad docendū.
Siqdē ſacerdos ē: doceat ⁊ doctrinā ſuā bo
ne vite q̄ſi miraculis factis cōmēdet: ſi laic⁹ ē
operib⁹ doceat fidē. Deinde neceſſe ē exire
nos de h̄ ſtadio mūdi: ⁊ tūc reſtat vt tentatio
nū victoriaʒ reſurrectiōis merces ſequat̃ ⁊
gloria. GLO. Patet igit̃ ex ꝑmiſſis euan
gelice doctrine materia ſcriptoꝝ euāgelij: nu
mer⁹: figure dr̄ia: ⁊ ordo: euangelice doctrīe
ſublimitas: ⁊ qbus h̄ euangeliū ſit cōſcriptū
⁊ ordo proceſſus ipſius.

¶ Ad honorē ⁊ gloriā vnius. triniq; dei:
Glorioſiſſime dei genetricis ⁊ virgis ma-
rie. Sanctiſſimi quoq; patris noſtri Domi
nici. Diui Hieronymi: totiuſq; curie triū-
phantis. Sciendū eſt ꝙ in hoc libello conti-
nentur oīa euangelia dominicalia ⁊ ferialia,
nec nō quedā de ſanctis. Dominica etiā ora
tio. S. Pater noſter. cum expoſitiōibus ſu
is: de cathena aurea angelici. diuiniq; do-
ctoris Sancti Thome de aquino ſacri ordis
predicatorū: nequaꝙ̄ mercenarijs precib⁹:
vt fieri ſolet: ſed: vt iā dixi: ad dei laudē: ani
marū ſalutē: predicatorū cōmoditatem: ac eti
am atq; etiā chriſtiani populi cōſolationem:
magno. ingentiq; perpeſſo labore: diligen-
ter: fideliterq; nuper redactis. Memini eni
recteq; memini ſcriptū eſſe. Dū tēpus habe
mus operemur bonum. Et iterum. Siquis
nō vult operari nec manducet. Quē equidē
libellū in tres partes diuiſi. Prima pars in
cipit a dominica in. lxx. vſq; ad octauam pa
ſce incluſiue: que quadrageſimalis vocabit̃.
Secūda autē incipit a dominica prima poſt
octauā paſce vſq; ad. lxx. excluſiue: ⁊ hāc do
minicalis dicemus. Tertia vero continet ea
euangelia de ſanctis: ideo feſtiua nominabi-
tur. Quia vero. nō oīa. ſed aliqua euāgelia
ī h̄ libello cōtinētur: iccirco: ſi placet: cathe-
nula aurea vocitabit̃. Cū āt in humanis in-
uētionibus nil ſit ex oī ꝑte ꝑfectū: nōmodo.
ſolicitū ⁊ benignū imploro lectorē. verū ēt de-
ſidero correctorē. Eniuero: iuxta auguſtini
ſniaʒ: negare nequeo. quin plura ſint ī hoc
opuſculo: cū impreſſoꝝ defectu: tū ēt celeritate
ipʒ ꝑficiēdi: q̄ p̄nt iuſto iudicio. ⁊ nulla teme
ritate culpari. Neq; vero neſcio: me huius
operis: plures habituꝝ iudices. Plus eni:
diuo teſte hyeronimo: aliorum ꝙ̄ ſua cupi-
unt homines facta diſcutere. Qua ex re ſi
quid errati in hoc ope tibi viſum fuerit: nō
rugata frōte: ſʒ hilari vultu. te o lector rogo
vt vel impreſſoꝝ defectui vel celeritati ipſum
ꝑficiēdi attribuas: mihi quoq; fratri Petro
vincētino ꝑdicatoꝝ ordis minimo apud ſū-
mū iudicē: ſedul' orōnib⁹ veniā petoꝝ impe-
tres. Certe opus ſūpſi difficile factu. Siqd
forte laude dignū reperit̃ i eo: diuine grē pe-
nit⁹ aſcribat̃. Nā oē datū optimū. ⁊ oē donū
ꝑfectū deſurſū ē. deſcēdēs a p̄re luminū. ia-
cobi p̄. Cui ē honor ⁊ glīa ꝑ īfinita ſeculoꝝ
ſecula Amē.

¶ Opus aureū ãgelici doctoris Sā
cti thome de aquino. Sacri ordinis.
Fratrum predicatorum ſuper euange
lia dominicalia ⁊ ferialia. A domini
ca in .lxx. vſq; ad dominicaȝ in octaua
paſce incluſiue. Secundum conſuetu
dinem eiuſdem ordinis.

¶ Dominica i.lxx. Mathei.xx. cap.



Simile ē
regnū ce
loꝝ hōi
patriſāi
lias qui
exijt pri
mo māe
conduce
re opari
os i vi
neam ſu
am. Cō
uentione autem facta cum operarijs
ex denario diurno: miſit eos in vine
am ſuam. Et egreſſus circa horam
etrtiam vidit alios ſtātes in foro oci
oſos: ⁊ dixit illis: Ite ⁊ vos in vineā
meā: ⁊ quod iuſtuȝ fuerit dabo vobis.
Illi autem abierunt. Iterum autem
exijt circa ſextam ⁊ nonam horam: ⁊ fe
cit ſimiliter. Circa vndecimam vero
exijt ⁊ inuenit alios ſtātes: ⁊ dixit illis:
Quid hic ſtatis tota die ocioſi? Di
cunt ei: quia nemo nos conduxit. Di
cit illis: Ite ⁊ vos in vineam meam.
Cum ſero autem factuȝ eſſet: dicit do
minus vinee procuratori ſuo: Uoca
operarios: ⁊ illis redde mercedem ſu
am: incipiens a nouiſſimis vſq; ad pri
mos. Cū veniſſent ergo qui circa vn
decimam horam venerant: acceperunt
ſingulos denarios. Uenientes autē
⁊ primi arbitrati ſunt: ꝙ plus eſſent ac
cepturi. Acceperunt autem ⁊ ipſi ſin
gulos denarios. Et accipientes mur
murabant aduerſus patrēfamilias di
cētes: Hi nouiſſimi vna hora fecerūt
⁊ pares illos nobis feciſti: qui portaui
mus pōdus diei ⁊ eſtus? At ille reſpō
dens vni eorum dixit: Amice non fa
cio tibi iniuriam. Nonne ex denario
conueniſti mecum? Tolle quod tuuȝ
eſt ⁊ vade. Uolo autem huic nouiſſi
mo dare ſicut ⁊ tibi. An non licet mi
hi quod volo facere? An ocul⁹ tu⁹ ne
quā ē: ꝗ ego bon⁹ ſuȝ? Sic erūt nouiſ
ſimi primi: ⁊ primi nouiſſimi. Multi
.n. ſunt vocati pauci vero electi.

REMI. Quia dixerat dominus: Mul
ti erunt primi nouiſſimi ⁊ nouiſſimi primi:
vt hanc ſniam confirmaret ſubiunxit ſimili
tudinem dicens: Si. eſt reg. cel. ho. patrifa
milias. CHRY. ſup math. Homo pater
familias chriſtus eſt: cui celi ⁊ terra q̄ſi vna
eſt domus. familia aūt celeſtium ⁊ terreſtriū
⁊ inferiorum creaturaꝝ: vinea aūt eius iuſti
tia eſt: in qua diuerſe ſpecies iuſtitiaꝝ poſi
te ſunt quaſi vites: puta manſuetudo: caſti
tas: pacientia: cetereq; virtutes: que oēs ge
neraliter iuſtitia appellantur: hoīes aūt vi
nee cultores ponunt̄. vnde dicitur: Qui ex.
pri. ma. com. ope. in vi. ſuā. Deus. n. iuſti
tiā ſuam dedit in ſenſibus noſtris: non pro
pter ſuā vtilitatē. ſed propter noſtram. Sci
tote ergo ꝙ mercēnarij ſumus conducti. Si
cut ergo nemo ideo conducit mercēnarium
vt hoc ſolū faciat ꝙ manducat: ſic ⁊ nos non
ideo vocati ſumus a chriſto vt hec ſolū ope
remur que ad noſtrum ptinent vſuȝ: ſed ad
gloriam dei. ⁊ ſicut mercēnarius prius aſpi
cit opus ſuū: deinde quottidianū cibuȝ: ſic ⁊
nos primū debemus aſpicere q̄ ad gloriam

dei ꝑtinet: deīde que ad noſtrā vtilitatē. Et
ſicut mercenarius totā diē circa dn̄i opꝰ im/
pendit: vnā aūt horā circa ſuum cibū: ſic ⁊
nos omne tēpus vite noſtre debemus ipen
dere circa gloriā dei. modicā autē partē circa
vſus nr̄os terrenos. Et ſicut mercenarius
ea die q̄ opꝰ nō fecerit: erubeſcit itrare in do
mum ⁊ petere panem: quō tu non confun/
deris intrare in eccleſiam ⁊ ſtare ante cōſpe
ctum dei: quando nihil boni in cōſpectu dei
geſſiſti? GREGO. in ho. Vel paterfa/
milias. i. conditor noſter habet vineam. vni
uerſam. ſ. eccleſiaꝫ que ab abel iuſto vſqꝫ ad
vltimum electum qui in fine mundi naſci/
turus eſt quot ſanctos protulit quaſi tot pal/
mites miſit. Ad erudiendam autēꝫ dominꝰ
plebem ſuam quaſi ad excolendam vineam
ſuam nullo tempore deſtitit operarios mitte
re: quia ⁊ prius per patres: ⁊ poſtmodum ꝑ
legis doctores: deinde per prophetas: ad ex
tremum vero per apoſtolos quaſi per opera
rios in vinee cultuꝫ laborauit: q̄zuis in quo/
libet modulo vel menſura quiſquis cum fi/
de recta bone actōis extitit: huius vinee ope
rarius fuit. ORIGE. Totum autēꝫ h̄ ſe
culum preſens vnum dieꝫ dicere poſſumꝰ:
magnum quidem q̄ztum ad nos: modicum
autem q̄ztum ad dei vitam. GREGO.
in ho. Mane aūt mundi fuit ab adam vſqꝫ
ad noe. Et ideo dicitur. Qꝛ exijt primo ma
ne conducere operarios in vineam ſuam. ⁊
moduꝫ conductionis ſubiungit dicens: Cō
uen. autem fa. cum ope. ex de diur. ORI
GE. Salutis autēꝫ arbitror nomen eſſe de
narium. REMI. Denarius enim dicitur
qui antiquitus pro. x. nūmis imputabatur:
⁊ figuram regis habet. Recte ergo per de/
nariuꝫ deſignatur obſeruati decalogi premi
um. pulchre ergo dicit: Conuentione facta
ex dena. diur. quia vnuſquiſqꝫ in agro ſan/
cte eccleſie pro ſpe future remuneratōnis la
borat. GREGO. Tertia vͦ hora a noe
fuit vſqꝫ ad abrahā: ꝺ qua dicitur: Et egreſ
ſus circa horam tertiam vidit alios in foro
ſtantes ocioſos. ORIGE. Forum autē
eſt quicquid eſt extra vineam. i. extra eccleſi/
am chriſti. CHRY. Super mat. In hoc
. n. mundo vendendo ⁊ emēdo viuunt ho/
mines ⁊ inuicem ſibi fraudem facientes: vi
tam ſuaꝫ ſuſtentant. GREGO. Qui au
tem ſibi viuit qui carnis ſue voluptatibus
paſcitur recte ocioſus arguitur: quia fructū
diuini operis non ſectatur. CHRY. ſu/
per matth. Vel ocioſi ſunt peccatores: illi
. n. mortui dicuntur. ocioſus autem eſt qui
opus dei non operatur. Vis ergo non eſſe
ocioſus: non aliena tollas: ⁊ de tuis des: ⁊
operatus es in vinea domini miſericordie
vitem colens. Sequitur: Et dixit illis: Ite
⁊ vos in vineam meam. Nota ꝙ ſolis pri/
mis conuenit ſpecialiter dare denarium. ali
os autem ſub incerto pacto conduxit dicēs:
Quod iu. fue. dabo vo. Sciens. n. domi/
nus quia preuaricaturus fuerat adaꝫ: ⁊ om/
nes poſtmodum in diluuio erant perituri:
certum fecit pactum ad eum: nequando di/
cat ſe ideo neglexiſſe iuſtitiam: quia neſcie/
bat que premia fuerat recepturus. Iſtis au/
tem non fecit pactum: quia tantum paratus
eſt retribuere: q̄ztum mercennarij recipere
non ſperabant. ORI. Vel quia operari/
os tertie hore non inuitauit ad totum opus:
quicquid autem poterunt operari: ſuo arbi/
trio reſeruauit. Poterant enim equale opꝰ
facere in vinea eis qui ex mane ſunt opera/
ti quicunqꝫ in tempore breui volebant ope/
rantem virtutem ad opus extendere: que an
te non fuerat operata. GREGO. Sex/
ta quoqꝫ hora eſt ab abraham vſqꝫ ad moy/
ſen. Nona eſt a moyſe vſqꝫ ad aduentū do
mini. vnde ſequitur: Iterum autem exijt cir
ca ſextam ⁊ nonam horam ⁊ fecit ſimiliter.
CHRY. ſuper matth. Ideo autem con/
iunxit ſextam ⁊ nonam: quia in ſexta ⁊ no/
na generationem vocauit iudeorum: ⁊ fre/
quentauit cum hominibus diſponere teſta/
menta quaſi diffinito ſalutis omni tempore
iam appropinquante. GREGO. Vn/
decima vero hora ē ab aduētu domini vſqꝫ
ad finem mundi. Operator ergo mane: ho/
ra tertia: ſexta: ⁊ nona antiquus ille ⁊ hebrai
cus populus deſignatur qui in electis ſuis
ab ipſo mundi exordio dum recta fide deuꝫ
ſtuduit colore quaſi non deſtitit in vinee cul
tura laborare: ad vndecimam vero gentiles
vocantur. vnde ſequitur: Circa vndecimaꝫ
vero exijt ⁊ inuenit alios ſtantes: ⁊ dixit il/
lis: Quid hic ſtatis tota die ocioſi? Qui enī
tranſacto tam longo mundi tempore pro vi
ta ſua laborare neglexerāt: q̄ſi tota die ocio/

ſi ſtabant: ſed penſate quid inquiſiti reſpon/
deant. Sequitur enim: Dicunt ei: quia ne/
mo nos cõduxit. Nullus quippe ad eos pa
triarcha: nullus propheta ad eos venerat. ⁊
quid eſt dicere: Nemo nos conduxit: niſi vi
te nobis nemo viaȝ predicauit? CHRY.
ſuper mattheum: Que eſt enim conductio
noſtra ⁊ conductionis merces? promiſſio vi
te eterne. gentes enim ſole: neqȝ deũ ſciebãt
neqȝ dei ꝓmiſſa. HILA. Hi igiť mittun/
tur ad vineã. vnde ſequiť. Dixit eis: Ite ⁊
vos in vineã meã. RABA. Poſtq̃ȝ aũt
operis diurni ratio reddita eſt ad remunera
tionis tempus opportunum dicit: Cum au
tem ſero factum eſſe hoc eſt cum dies totius
mundi ad veſperã cõſummationis inclina/
ta eſſet. CHRY. ſuper mattheũ: Conſide
ra quia ſero nõ alio mane mercedẽ reddit:
ergo adhuc ſtante ſeculo iſto iudicium eſt fu
turum: ⁊ vnicuiqȝ merces ſua reddenda. ⁊
hoc ꝓpter duas rationes prima eſt quia ipſa
beatitudo futura eſt merces iuſtitie: ideo nõ
in illo ſeculo fit iudiciũ ſȝ ante illud. Deide
ante aduentũ diei illius remittiť iudiciũ ne
videãt peccatores diei illius beatitudinem.
Sequiť: Dicit dñs procuratori ſuo. i. filius
ſpiritu ſancto. GLO. Vel ſi voluerit diĉ
pater filio: qui ſcilicet pater operať per filiuȝ
⁊ filius per ſpiritum ſanctũ: non ꝓpter ali/
quam differentiã ſubſtantie aut dignitatis.
ORIGE. Vel dicit dominus procura/
tori ſuo: ideſt alicui angeloꝝ qui ſup merce/
des retribuẽdas eſt poſitꝰ: ſiue alicui ex mul
tis ꝓcuratoribus ſm q̄ ſcriptũ eſt: Sub cu/
ratoribꝰ ⁊ tutoribus eſſe heredem in tempo/
re quo paruulus eſt. REMI. Vel domi/
nus ieſus chriſtꝰ ipſe eſt paterfamilias ⁊ vi
nee ꝓcurator: ſicut ⁊ ipſe eſt ⁊ hoſtium ⁊ ho/
ſtiarius. ipſe enim eſt vẽturus ad iudiciũ vt
vnicuiqȝ reddatur ſm q̄ geſſit. Vocat ergo
oparios ⁊ reddit illos mercedẽ: qñ oẽs con/
gregabunť in iudicio: vt vnuſqſqȝ accipiat
ſm opa ſua. ORIGE. Primi aũt oparij
teſtimoniũ hñtes ꝑ fidẽ nõ acceperũt dei ꝓ/
miſſionẽ pro nobis aliqd meliꝰ ꝓſpiciẽte pa
tre familias: vt nõ ſine nobis ꝑficiant. Et q̄
miſericordiã cõſecuti ſumꝰ ꝑmi mercedẽ ſpa
mus accipe qui ſumꝰ xp̄i: poſt nos aũt q an̄
nos opati ſunt: ⁊ iõ dr̄: Voca oparios ⁊ red
de illis mer. ſuã: inci. a noui. vſqȝ ad ꝑmos

CHRY. ſup math. Semp enĩ libẽtiꝰ ali
qd damꝰ illis qbus gratis donamꝰ: q̄ ꝓ ſo
lo nr̄o honore donamꝰ: Ergo oĩbus ſanctis
deꝰ reddẽs mercedẽ iuſtus oſtẽdiť: gẽtibus
aũt dans miſericors: dicẽte ap̄lo: Gẽtes ãt
ſup miſericordiã honorare deũ. ⁊ ideo diciť:
Incipiẽs a nouiſſimis vſqȝ ad ꝑmos. Aut
certe vt oñdat deꝰ ineſtimabilẽ miſericordiã
ſuã: primũ nouiſſimis ⁊ ĩdignioribus red/
dit mercedẽ: poſtea ꝑmis. nimia. n. miſicor/
dia ordinẽ nõ aſpicit. AVGV. de ſpũ ⁊
lr̄a. Vel iõ velut ꝑores recipiunť minores: q̄
minꝰ dilati ſunt. Sequiť: Cũ veniſſent aũt
q circa vndecimã horã venerãt ⁊c̃. GRE
GO. Eũdẽ denariũ accipiũt qui laborauę
rũt ad vndecimã: quẽ expectauerũt toto deſi
derio ⁊ q laborauerũt ad ꝑmam: q̄ eq̃lẽ vite
eterne retributionẽ ſortiti ſunt cũ his qui ab
initio mũdi vocati fuerãt: hi qui in fine mũ/
di ad deũ venerũt. CHRY. ſup mat. Nõ
aũt iniuſte: nã ⁊ qui in ꝑma pte ſeculi natus
eſt: ⁊ nõ ampliꝰ vixit q̃ȝ ſtatutũ tp̄s vite ſue:
⁊ qd illi nocuit ſi poſt illius exitũ mũdus ſte
tit: ⁊ q circa finẽ naſcunť nõ minus viuẽt q̃ȝ
dies q numerati ſunt eis? ⁊ qd illis ꝓdeſt ad
cõpendiũ laboris: ſi cito mũdus finiť cũ pen
ſum vite ſue cõpleãt an̄ mũdũ? Deinde non
eſt in hoĩe qñ naſcať ꝑus aut poſtea: ſȝ ptãtiſ
diuine: Nec ille qdẽ ſibi priorẽ dȝ locũ dfen
dere: qui prius natus eſt: nec ille contempti
bilior debet eſſe qui poſtea. Sequiť: Et ac/
ci. murmu. aduer. patremfami. Si auteȝ ve
rum eſt quod diximus: quia primi ⁊ poſteri
ores tempus ſuum vixerunt ⁊ non ampliꝰ
neqȝ minus: ⁊ vnicuiqȝ mors ſua eſt cõſum
matio ipſius: quid eſt quod dicũt: Portaui/
mus pondus diei ⁊ eſtus? quia. ſ. magna eſt
nobis virtus ad faciendam iuſticiã: cogno/
ſcere prope eſſe finem mundi. Vnde ⁊ chri
ſtus nos armans dicebat: Appropinquauit
regnum celorum. Illis auteȝ infirmatio erat
ſcire mundi ſpatia eſſe longinqua. Q̃uis er/
go non per omne ſeculum vixerunt: tamen
totius ſeculi grauamina pertuliſſe vidẽtur:
aut pondus totius diei dicit onerosa legis
mandata: eſtum autem vrentẽ erroris tenta
tionem quam conflabant ſpiritus maligni
in eos ad emulationem gentium eos irritan
tes: a quibus omnibus gentiles liberi extite
runt chriſto credentes: ⁊ per compendium

gratie ad plenũ ſaluati. GREGO. Vel
pondus diei ⁊ eſtus ferre eſt per longioris
vite tẽpora carnis ſue calore fatigari. Sꝫ po
teſt queri quomodo murmurare dicti ſunt q
ad regnũ vocant̃ celoꝝ: etenĩ regnũ nullus
qui murmurat accipit: nullꝰ qui accipit mur
murare põt. CHRY. i ho. Nõ aũt oꝫ ea q̃
in parabolis ſunt ſm totũ qḋ dicit̃ inueſtiga
re: ſed intentionẽ ꝓpter quã cõpoſita eſt itel
ligere: ⁊ nihil vltra ſcrutari. Nõ ergo indu
cit hoc vt oſtẽdat aliquos eſſe inuidia mor
ſos: ſed vt oſtẽdat hos tanto potitos eſſe ho
nore ꝙ ⁊ inuidiam alijs poterat generare.
GREGO. Vel quia antiqui patres vſ
qꝫ ad aduentum domini quãtũlibet iuſte vi
xerant: ducti ad regnum non ſunt eoꝝ: hoc
ipſum murmuraſſe eſt. Nos autem qui ad
vndecimã venimus poſt laborem non mur
muramus: quia poſt mediatoris aduentũ in
hoc mundo venientes: ad regnum ducimur
mox vt de corpore exiimus. HIERO.
Vel omnis retrouocatio gentilibus inui
det: ⁊ in euangelij torquet̃ gratia. HILA.
Et ſm inſolentiam populi iaꝫ ſub moyſe cõ
tumacis hoc murmur operantiũ eſt. Sequit̃
At ille reſpondẽs vni eoꝝ dixit: Amice: nõ
facio tibi iniuriam. REMI. Per hũc vnũ
poſſunt intelligi omnes qui ex iudeis credi
derunt: quos amicos ꝓpter fidem nominat
CHRY. ſuper mattheum. Non autem
dolebant quaſi defraudati de mercede ſua:
ſed quia illi amplius q̃ꝫ merebant̃ acceperãt
Sic enĩ dolent inuidi quando alteri aliquid
additur quaſi eis ſubtrahat̃: ex quo patet ꝙ
ex vanagloria naſcit̃ inuidia. Ideo enim do
let eſſe ſecundus: quia deſiderat eſſe prior: ⁊
ideo inuidie motum remouet dicens: Nõne
ex denario conueniſti mecuꝫ? HIERO.
Denarius figuram regis habet. Recepiſti
ergo mercedem quam tibi ꝓmiſeram: hoc ẽ
imaginem ⁊ ſimilitudinem meam: quid que
ris amplius? ⁊ non tam ipſe plus accipere
q̃ꝫ alium nihil accipere deſideras. Tolle qḋ
tuuꝫ eſt ⁊ vade. REMI. Ideſt recipe mer
cedem tuam: ⁊ vade in gloriam. Volo auteꝫ
⁊ huic nouiſſimo. i. gentili populo dare ſm
meritum: ſicut ⁊ tibi. ORIGE. Forſitan
autem ade dicit: Amice non facio tibi iniuri
am: nõne ex denario conueniſti mecum? tol
le quod tuum eſt ⁊ vade. Tuuꝫ eſt ſalꝰ quod
eſt denarius. Volo autem ⁊ huic nouiſſimo
dare ſicut ⁊ tibi: nõ incredibiliter poteſt quis
arbitari hunc nouiſſimum eſſe apoſtolũ pau
lum: qui vna hora operatꝰ eſt: ⁊ ſimiliter om
nes qui ante euꝫ fuerũt. AVGV. de ſan
cta virgi. Quia vero ipſa vita eterna pariter
erit omnibus ſanctis equalis denarius om
nibus eſt attributus qui eſt omniuꝫ merces.
quia vero in ipſa vita eterna diſtincte fulge
bunt lumina meritorum: multe manſiones
ſunt apud patrẽ. ac in denario quidẽ impari
nõ viuet alius alio plirius: in multis autem
manſionibꝰ honoratur alius alio clarius.
GREGO. Et quia ipſa regni perceptio
eiꝰ ẽ bõitas volũtatis recte ſubiũgit̃: Aut nõ
licet mihi quod volo facere? Stulta enim eſt
queſtio hominis contra bonitatem dei mur
murare. Conquerẽdum quippe eſſet non ſi
dat quod nõ debet: ſed ſi nõ daret quod de
beret. vnde aperte ſubdit̃: An oculus tuus
neq̃ꝫ eſt: quia ego bonꝰ ſuꝫ? REMI. Per
oculum enim vult intẽtionem intelligi. Iu
dei nãqꝫ neq̃ꝫ habuerũt oculum. i. intẽtionẽ
malam: quia de ſalute gentium dolebant. ad
quid autem ſenſus huius parabole tendat:
manifeſtat cum ſubditur: Sic erũt primi no
uiſſimi ⁊ nouiſſimi primi: eo. ſ. ꝙ iudei de
capite vertantur in caudam: ⁊ nos de cauda
mutamur in caput. CHRY. ſuper matt.
Aut ideo primos dicit nouiſſimos: ⁊ nouiſ
ſimos primos: non vt nouiſſimi digniores
ſint q̃ꝫ primi: ſed vt coequentur: ⁊ nulla ſit
inter eos differentia temporis cauſa. Quod
autem dicit. Mul. ſũt vo. pa. ve. electi. Nõ
ad ſuperiores ſanctos pertinet ſꝫ ad gẽtes:
quoniam ex ipſis gentibus qui multi vocati
ſunt: pauci ſunt eligẽdi. GREGO. Ad
fidem enim plures veniunt: ⁊ ad celeſte re
gnum pauci perducuntur. pleriqꝫ enim deũ
vocibus ſequuntur: moribus fugiunt. Ex
hoc ergo: duo penſare debemus. Primum
eſt vt de ſe quiſqꝫ minime preſumat quia etſi
iam ad fidem vocatus eſt: vtruꝫ ad regnum
eligendus ſit neſcit. Secundum vero eſt vt
vnuſquiſqꝫ proximum ſuum: quem iacere
in vitijs conſpicit: deſperare non audeat: q2
diuine miſericordie diuitias ignorat. Vel
aliter: Mane noſtrum pueritia eſt. hora ter
tia adoleſcentia intelligi poteſt: quia quaſi iã
ſol i altum proficit: dum calor etatis creſcit.

Sexta autem iuuentus eſt: quia velut in cen
tro: ſol figitur dum in ea plenitudo roboris
ſolidatur. Nona ſenectus autem itelligitur:
in qua velut ſol ab alto axe deſcendit: quia
etas a calore iuuentutis deficit. Undecima
vero eſt ea etas: que decrepita, vel veterana
vocatur. CHRY. in ho. Quod autem non
omnes ſimul conduxit: ſed alios mane: ali/
os hora tertia: ⁊ ſic de aliis: ex differētia mē
tis eorum proceſſit. Tunc eni eos vocauit:
quando erant obedituri. nam ⁊ latronem vo
cauit: quando obediturus erat. Si autem di
cant: quia nemo nos conduxit: ſicut dictum
eſt: Non oportet omnia ſcrutari que in para
bolis ſunt: Item hoc non dicit dominus ſed
operarii. quia ipſe enim omnes quantum ad
ſe pertinet a prima etate vocet ſignificatur
cū dicitur: Exiit primo mane operarios cō
ducere. GREGO. Qui ergo vſq; ad vl
timam etatem deo viuere neglexerunt: vſq;
ad horam vndecimam ocioſi ſteterunt: ⁊ ta/
men tales paterfamilias vocat: ⁊ plerumq;
ante remunerantur: quia prius ad regnum
de corpore exeunt. quam hi: qui modo in pueri
tia vocati eſſe videbantur. ORIGE. Nō
autē dicetur: Quid hic ſtatis tota die ocioſi?
his qui ſpiritu inſipientes carne conſumun
tur: ſi poſtea regredi volunt: vt iterum ſpi/
ritu viuant: quod nō dicimus: diſſuadentes
ne ad domum paternam reuertantur laſciui
filii: qui viuendo luxurioſe euangelice do/
ctrine ſubſtantiam conſumpſerunt. Sed quo
niam nō ſimiles ſunt eis qui peccauerūt in
iuuētute ſua dū nō adhuc didiciſſent quid fidei
erāt. CHRY. in ho. Quod aūt dicit: Erūt
primi no. ⁊ no. primi eos occulte iſinuat qui a prin
cipio claruerūt: ⁊ poſtea virtutē cōtēpſerunt
⁊ rurſus eos qui a malitia reducti ſūt. ⁊ multos
ſuperceſſerūt. Cōpoſita ē ergo hec parabola
vt eos auidiores faceret: qui in vltia ſenectute
conuertūtur: ne exiſtimarēt ſe minus aliquid habituros.

## Dominica in .lx. luce. viij. ca.

CUm turba plurima con
ueniret ⁊ de ciuitatibus
properarent ad ieſum: dixit
per ſimilitudinem. Exiit
qui ſemiat: ſemiare ſemē
ſuū. Et dū ſeminat: aliud cecidit ſec9
viā: ⁊ conculcatū eſt: ⁊ volucres celi come
derūt illud. Et aliud cecidit ſupra pe/
trā ⁊ natū aruit: quia nō hēbat humorē.
Et aliud cecidit iter ſpinas ⁊ ſimul ex
orte ſpine ſuffocauerūt illud. Et aliud
cecidit in terrā bonam: ⁊ ortum fecit
fructum centuplum. Hec dicens cla/
mabat: Qui habet aures audiendi au
diat. Interrogabant autem eum diſci
puli eius que eſſet hec parabola? Qui
bus ipſe dixit: Vobis datum eſt noſ/
ſe myſterium regni dei: ceteris autem
in parabolis: vt videntes non videant:
⁊ audientes non intelligant. Eſt autē
hec parabola: Semen eſt verbū dei
Qui autem ſecus viam: hi ſunt qui au
diunt: deinde venit diabolus ⁊ tollit
verbum de corde eorum: ne credentes
ſalui fiant. Nam quod ſupra petram:
hi ſunt qui cum audierint cū gaudio
ſuſcipiunt verbum. Et hi radices nō
habent. quia ad tempus credunt ⁊ in
tempore tentationis recedunt. Quod
autem in ſpinis cecidit: hi ſunt qui au
dierunt: ⁊ a ſollicitudinibus ⁊ diuitiis
⁊ voluptatibus vite euntes ſuffocant
⁊ non referunt fructum. Quod autē
in terram bonam: hi ſunt qui in corde
bono ⁊ optimo audientes verbum re
tinent ⁊ fructū afferunt in patientia.
THEOPHI. Quod dauid in perſona chriſti p
dixerat: apiā i parabolis os meū: hic dñs iplet
vñ dr. Cū aūt tur. plu. cōue. ⁊ de ciuita. pro
ad eū: dixit per ſilitudinē. Loquitur aūt dñs per ſili
tudinē: primo quidē vt attētiores faceret audito
res: cōſueuerūt. n. hoies in obſcuris ſe exer
citare: ⁊ ſpnere māifeſta. deide vt nō caperēt
idigni quod myſtice dicebantur. ORI. Et iō ſi
gnanter dicitur. Cum turba plurima conue/
niret. Non enim ſunt multi: pauci qui per ar/
tam viā icedūt: ⁊ qui iueniūt viā quod duc ad vi

tã. vnde mattheus dicit q̄ extra domum do
cebat per parabolas: ſed intra domum para
bolam diſcipulis expoſuit. EVSE. Satis
aũt congrue chriſtus ꝑmã ꝓponit parabolã
multitudini: non ſolum tunc aſtantiũ: ſed ẽt
futuroꝝ poſt illos ĩducẽtẽ ad audientiã ver
borũ ſuoꝝ cũ dicit. Exijt qui ſeminat ſemi-
nare ſemen ſuum. BEDA. Satorem iſtũ
nullum melius q̄ȝ filium dei intelligere poſ
ſumus: qui de ſinu patris quã creature non
erat acceſſus egrediens: ad hoc venit in mũ
dum vt teſtimonium perhiberet veritati.
CHRY. Exijt autem qui vbiq̄ȝ eſt non
localiter: ſed per amictum carnis nobis ap-
propinquauit. Decenter autem aduentum
proprium chriſtus exitum nominat. eramus
n. excluſi a deo: ⁊ ſicuti condemnati ⁊ rebel-
les regi eiecti ſunt: qui vero cum reconcilia-
re vult eos: ẽxeundo ad ipſos extra cum eis
loquitur: donec dignos iam factos aſpectu
regio eos introducat: ſic etiam chriſtus fecit:
THEOPHI. Exijt auteȝ nunc non vt
agricolas perderet: aut combureret terram:
ſed exijt ſeminare. ſepe. n. agricola qui ſemi
nat ob aliam cauſam exijt non ſolum vt ſe-
minet. EVSE. Exiuerunt auteȝ nonnulli
a patria celeſti ⁊ ad homines deſcenderunt:
non tamen vt ſererent: neq̄ȝ. n. ſatores erãt:
ſed adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium
miſſi. Moyſes etiam ⁊ prophete poſt eum
non inſeruerunt hominibus myſteria regni
celorum: ſed retrahendo inſipientes ab erro
re nequitie ⁊ idolorum cultu: quaſi colebant
animas hominum ⁊ in noualia redigebant.
Solus autem omnium ſator verbuȝ dei ere
nit euãgelizaturus noua ſemina: ſcilicet my
ſteria regni celorum. THEOPHI. Nõ
ceſſat autem dei filius ſemper in noſtris ani
mabus ſeminare: non ſolum cum docet: ſed
etiam cum creat in noſtris animabus ſemi-
nat ſemina bona. TYTVS. Exijt autem
vt ſeminaret ſemen ſuum: non auteȝ accepit
verbum quaſi mutuatum: cum ipſe naturali
ter ſit verbum dei viui. Non eſt igitur ſuuȝ
proprium ſemen pauli vel ioannis: ſed ha-
bent cum acceperint. Chriſtus autem habet
proprium ſemen proferens doctrinã ex ſua
natura. vnde ⁊ iudei dicebãt: qualiter hic lit-
teras nouit: quas non didicit. EVSE. Do
cet igitur duos eſſe gradus eorum qui recipi
unt ſemina: primum quidem eorum qui di-
gni facti ſunt vocatione celeſti: ſed labuntur
a gratia propter negligentiam ⁊ torporem.
ſecundum vero multiplicantium ſemen in
bonis fructibus. Ponit autem ſm̃ matthe-
um tres differentias in quolibet gradu. Nã
qui corrumpunt ſemen non ſimilem habent
perditionis modum: ⁊ qui ab eo fructificãt:
non equam recipiunt copiam. Sane actio-
nes perdentium oſtendit ſemen. Qui-
dam. n. cum non peccauerint: ſuis animabꝰ
inſita ſibi ſemina ſalubria perdiderunt ſub-
tracta ab intentione ⁊ memoria eorum per
ſpiritus malignos ⁊ demones: qui volant ꝑ
aerem vel viros fallaces ⁊ callidos que vo-
latilia nuncupauit. Unde ſubdit. Et duȝ ſe
minat: aliud cecidit ſecus viam. THEO-
PHI. Non dixit q̄ ſeminans proiecit ali-
ud ſecus viaȝ: ſed q̄ ſemen cecidit. Qui enĩ
ſeminat docet rectum ſermonem: ſed ſermo
diuerſimode cadit in audientes: vt quidam
eorum via dicantur: Et conculcatum eſt: ⁊
volucres celi comede. illd̓. CYRIL. Ari
da enim eſt ⁊ inculta quodammodo omnis
via: eo q̄ a cunctis cõculcatur: ac nihil ex ſe-
minibus humatur in ea. Sic igitur habẽtes
cor indocile nõ penetrat diuina monitio: vt
poſſit laudem germinare virtutuȝ: ſed tales
ſunt via frequentata immundis ſpiritibus.
Sunt iterum aliqui leuiter gerentes fidem
in ſe quaſi in verborum ſimplicitate: horum
fides caret radice: de quibus ſubditur: Et
aliud ceci. ſupra petram ⁊ natum aruit: quia
non habe. humo. BEDA. Petram dicit
durum ⁊ indomitum cor. hoc eſt autem hu-
mor ad radicem ſeminis: quod iuxta aliam
parabolam oleum ad lampades virginum
nutriendas ideſt amor ⁊ perſeuerantia vir-
tutis. EVSE. Sunt etiam aliqui qui per
auariciam ⁊ appetitum voluptatum ⁊ mun-
danas ſollicitudines quas quidaȝ ſpinas nũ
cupant immiſſum ſibi ſemen ſuffocari fece-
runt: de quibus ſubditur: Et aliud ceci. in-
ter ſpi. ⁊ ſimul exor. ſpine ſuffocauerunt il-
lud. CHRY. Sicut enim ſpine non per
mittunt oriri ſemen: ſed ex condenſatione
ſuffocãt immiſſuȝ ſic ſollicitudines vite pre
ſentis ſemẽ ſpiritale fructificare non ſinũt.
increpandus autem eſſet agricola qui ſuper
ſenſibiles ſpinas ⁊ petram ⁊ viam ſemina-

ret. Non enim poſſibile eſt petram terram
fieri: nec viam non eſſe viam: nec ſpinas nō
eſſe ſpinas. in rationalibus autem ſecus eſt.
Poſſibile eſt enim petram conuerti in ter/
ram pinguem. ⁊ viam non conculcari: ⁊ ſpi
nas diſſipari. CYRIL. Sunt autez terra
pinguis ⁊ ferax: anime honeſte ⁊ bone: que
in profundo ſuſcipiunt verbi ſemina ⁊ reti/
nent ⁊ fouent. Et quantum ad hoc ſubdi/
tur. Et aliud cecidit in terram bonam: ⁊ or/
tum fecit fructum centuplum. Cum enim
in mentem mundam ab omnibus perturbā
tibus verbum diuinum infunditur: tunc im
mittit radices in profundum: ⁊ germinat tā
q̄z ſpica: ⁊ cōuenienter ꝑficitur. BEDA.
Fructum enim centuplum fructum perfe/
ctum dicit. nam denarius numerus pro per
fectione ſemper accipitur: quia in decez pre/
ceptis legis cuſtodia continetur. Denarius
autem numerus per ſemetipſum multiplica
tus: in centenarium ſurgit. vnde centenari/
us magna ꝑfectio ſignificatur. CYRIL.
Que autem ſit ſententia parabole: accipia/
mus per eum qui eam compoſuit: vnde ſeq
tur: Hec dicens clamauit. Qui habet. au.
audi. audiat. BASI. Audire pertinet ad i
tellectum. vnde per hoc dominus excitat ad
exaudiendum attende mentionem eorū que
dicuntur. BEDA. Quotiens enīz hec ad
monitio vel in euangelio vel in apocalypſi
ioannis interponitur: myſticuz eſſe quod di
citur: querendūq̄z a nobis intentius oſtendi
tur. vnde diſcipuli ignorantes ſaluatorem i
terrogant: Sequitur enim: Interrogabant
autem eum diſcipuli eius que eſſet hec para
bola. Nemo tamen putet finita mox parabo
la diſcipulos hoc interrogaſſet: ſed vt marc⁹
ait cum eſſet ſingularis interrogauerunt eū.
ORIGE. Eſt autē parabola ſermo qua
ſi facti: non autem facti iuxta quod dicitur:
poſſibilis autem fieri rerum ſignificatiuus
per tranſumptionem earum que in parabo/
la tradūtur. Enigma vero eſt proceſſus ſer/
monis in his que dicuntur quaſi facta: que
tamen non ſunt facta: nec poſſibilia fieri: ſi/
gnificant vero aliquid in occulto: ſicut quod
dicitur in libro iudicum ꝙ ligna iuerunt vt
vngerent ſibi regem. Non eſt autem ad lit/
teram factum quod dicitur: Exijt qui ſemi/
nat. ſicut ea que narrat hiſtoria poſſibile ta/
mē fuit fieri. EVSE. Dominus vero do
cuit eos cauſam quare turbis per parabolas
loquebatur. vnde ſubditur. Quibus ipſe di
xit. Vobis eſt datum noſſe myſteriuz regni
dei. GREGO. nazanzenus. Cum hoc
audis: non introducas diuerſas naturas ſꝫ
quoſdam hereticos qui putant hos quidem
eſſe pereuntis nature: hos vero ſalubris.
quoſdam vero ſic ſe habere vt eorum volun
tas eos ducat ad peius vel meli⁹. Sꝫ addas
ei quod dicitur: Vobis datum eſt. i. volen/
tibus ⁊ ſimiliter dignis. THEOPHI.
His autem qui ſunt indigni tantis myſte/
rijs obſcure dicunt̄. vnde ſequitur: Ceteris
autem in parabolis: vt videntes non videāt
⁊ audientes non intelligant. Videre eniz ſe
putant: non vident autem: ⁊ audiunt quidē
ſed non intelligūt. Huius ergo gratia hoc
eis chriſtus abſcondit: ne mai⁹ eis preiudici
um generetur ſi poſtq̄z nouerint: chriſti my
ſteria contempſerint. Qui enim intelligit: ⁊
poſtea ſpernit: grauı⁹ punietur. BEDA.
Recte igitur in parabolis audiunt: quando
clauſis ſenſibus cordis: non curant cogno/
ſcere veritatem obliti eius quod dominus
dixerat. Qui habet aures audiendi audiat.
GREGO. in home. Dominus autem
dignatus eſt exponere quod dicebat: vt ſcia
mus rerum ſignificationes querere etiam
in his que per ſemetipſum voluit explana
re. Sequitur enim: Eſt autem hec parabo/
la: Semen eſt verbum dei. EVSE. De/
ſtruentium autem immiſſa ſemina ſuis ani/
mabus tres dicit eſſe cauſas. Quidam eniz
deſtruunt in ſe ſemen reconditum: dantes
leuiter auditum volentibus fallere: de qui/
bus ſubdit: Quod autem ſecus viam: hi ſūt
qui audiunt: deinde venit diabolus ⁊ tollit
verbum de corde eorum: ne credentes ſalui
fiant. BEDA. Qui ſcilicet verbum quod
audiunt: nulla fide: nullo intellectu: nulla ſal
tem tentande vtilitatis actione percipere di
gnantur. EVSE. Quidam vero cum in
mentis profundo non ſuſceperint verbum
dei: facile extinguuntur adueniente aduerſi
tate. de quibus ſubditur. Nam qui ſupra pe
tram: hi ſunt qui cum audi. cum gau. ſuſci.
ver. ⁊ hi radi. non ha. qui ad tem. cre. ⁊ in
tempo. tenta. recedunt. CYRIL. Cum
enim intrant eccleſiam letanter attentant di/

uina myſteria: ſed ex leui voluntate: vt autẽ egreſſi ſunt eccleſiam: obliuiſcuntur ſacrarũ diſciplinarum: ⁊ ſi fides chriſtiana non fluctuet permanent. turbante vero perſecutiõe perfugam habent mentem: fides eorum caret radice. GREGO. in homel. Multi boni operis initia proponunt: ſed mox vt fatigari aduerſitatibus vel tentationibus ceperint: inchoata derelinquunt. Petroſa ergo terra humorem non habuit: q̃ hoc quod germinauerat: ad fructus perſeuerantiam non perduxit. EVSE. Quidam vero ſuffocãt reconditũ in eis ſemẽ diuitijs ⁊ illecebris: quaſi quibuſdam ſuffocantibus ſpinis. de quibus ſubditur: Quod autem in ſpinis cecidit hi ſunt qui audie. ⁊ a ſollicitu. ⁊ diuit. ⁊ volup. vite eun. ſuffo. ⁊ non refe. fructum. GREGO. in home. Mirum quomodo dominus diuitias ſpinas interpretatus ſit: cum ille pungant iſte delectent: ⁊ tamen ſpine ſunt: qꝛ cogitationum ſuarum punctionibus mentem lacerant: ⁊ cum vſqꝫ ad peccatum pertrahunt: quaſi inflicto vulnere cruẽtant. Duo autẽ ſunt que diuitijs iungit: ſollicitudines: ⁊ voluptates: quia per curaꝫ mẽtẽ opprimunt: ⁊ per affluentiam reſoluũt. ſuffocant autem ſemen: quia importunis cogitationibus guttur mentis ſtrangulant: ⁊ dum bonum deſiderium intrare ad cor non ſinunt: quaſi aditum vitalis flatus vetant. EVSE. Hec autem ex prouiſione a ſaluatore predicta ſunt. Sic autem ſe habere pate facit effectus: non. n. alter aliqui a verbo diuini cultus deficiunt: niſi ſm aliquem modorum predictorum ab eo. CHRY. Et vt plura breuibus comprehendam. hi quidem tanqꝫ negligentes audire: hi tanqꝫ delicati ⁊ debiles. hi vero tanqꝫ ſerui facti voluptatis ⁊ rerum mundi a bono deſiſtunt. Bonus etiam ordo vie: petre: ⁊ ſpinarum: opus eſt primo memorie ⁊ cautele: deinde fortitudinis: conſequenter contemptus preſentium. Conſequenter ponit bonam terram contrario modo ſe habentem ad viam ⁊ petram ⁊ ſpinas cum ſubdit: Quod autem in terram bonam hi ſunt qui in corde bono ⁊ optimo verbum retinent: ⁊ fructum afferunt in patientia. Naꝫ qui ſecus viam poſiti ſunt. nõ retinent verbum: ſed rapit eis ſemen diabolus. qui vero ſunt in petra: non ſuſtinent in patientia tentationis inſultum propter imbecillitatem: qui vero ſunt in ſpinis non fructificant ſed ſuffocãtur. GREGO. in home. Terra ergo bona fructum per patientiaꝫ reddit: quia nulla ſunt bona que agimus: ſi non equanimiter etiam proximorum mala toleramus. fructum ergo per patientiam reddunt. quia cum humiliter flagella ſuſcipiunt poſt flagella ad requiem ſublimiter cum gaudio ſuſcipiuntur.

¶ Dominica i quinquageſima. Luce. xviij. cap.

Aſſumpſit ieſus duodeci ⁊ ait illis: Ecce aſcendimus hieroſolymam: ⁊ cõſumabuntur omnia que ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis. Tradetur. n. gẽtibus ⁊ illudetur ⁊ flagellabitur ⁊ conſpuetur. ⁊ poſtq̄ flagellauerint occident eum: ⁊ die tertia reſurget. Et ipſi nihil horum intellexerunt. Et erat verbum iſtud abſconditum ab eis: ⁊ non intelligebant que dicebantur.

THEOPHI. Preuidens ſaluator ex paſſione ſua diſcipulorum animos turbandos: eis longe ante ⁊ paſſionis ſue penam: ⁊ reſurrectionis ſue gloriam predicit. vnde dicitur: Aſſumpſit autẽ ieſus. xij. ⁊ ait illis Ecce aſcendimus hieroſolymam: ⁊ conſumabuntur omnia que ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis. BEDA. Preuidens enim quoſdam hereticos futuros qui chriſtum dicerent legi prophetiſqꝫ docuiſſe contraria: oſtendit qꝫ per prophetarum preſagia ſue paſſionis ⁊ poſterioris glorie ſit celebrata perfectio. CHRY. Seorſum autem de paſſione cum diſcipulis confert. Nõ

enim oportebat hunc ſermonem pluribus
diuulgari: ne turbarentur. Ob hoc autem
predicebat diſcipulis: vt excitati per expecta
tionem facilius ſuſtinerent. CHRY. Et
vt ſciant: quoniam paſſionem prenouit: ⁊
ſpontaneus ad eam acceſſit. ne dicerent: qua
liter in manus hoſtium incidit: qui nos pro
mittebat ſaluare. vnde ſeriatum ordinē paſ/
ſionis enarrat ſubdens. Tradetur enim gē
tibus: ⁊ illudetur ⁊ flagellabitur ⁊ conſpue/
tur. CHRY. Hoc iſaias predixerat di/
cens: Obtuli ſcapulas meas ad verbera: ge
nas meas ad alapas: ⁊ faciem meam non di
uerti a ſputorum dedecore. Sed ⁊ crucis pa
tibulum predixit propheta cum ait: Tradidit
in mortem animam ſuam: ⁊ cum ſceleratis
reputatus eſt. vnde ⁊ hic ſubditur. Et poſt/
ꝙ̄ flagellauerint occident eum: Sed ⁊ reſur
rectionem eius dauid predixit dicens. Non
derelinquens animam meā in inferno. vn
de hic ſubditur: Et tertia die reſurget. ISI
DO. Admiror autem dementiam queren
tium cur chriſtus ante triduum reſurrexit. ſi
enim reſurgeret tardius ꝙ̄ predixerat: impo
tentie eſſet: celerius vero: eſt ſumme virtu/
tis indicium. Si quem enim cum ſpoponde
rit ſuo creatori poſt triduum perſoluere [de/
bitum: eadem die ſatiſfacientē viderimus:
non fallacem ſed potius vt veridicum eum
mirabimur. dicam etiam ꝙ non dixit ſe poſt
tres dies reſurrecturum: ſed die tertia. Ha
bes paraſceuem: habes ſabbatū vſqꝫ ad ſo
lis occaſum: ⁊ poſt ſabbatū reſurrexit. CY
RIL. Diſcipuli autem nondum nouerāt
exquiſite quod prophete predixerāt: ſꝫ poſt/
ꝙ̄ reſurrexit aperuit eis ſenſum: vt intellige
rent ſcripturas. vnde ſequitur: Et ipſi nihil
horum intellexerunt. BEDA. Quia enim
diſcipuli eius vitam maxime deſiderabant:
eius mortem audire non poterant. Et quo/
niam non ſolum hominem innocentem: ſed
⁊ deum verū ſciebant: hunc nullatenus mo
ri poſſe putabant. Et quia parabolas eum ſe
pe loquentem audire conſueuerant quotiens
aliquid de ſua paſſione dicebat: ad aliud alle
gorice referendum eſſe credebant. vnde ſe/
quitur: Erat autem verbum iſtud abſcondi
tum ab eis: ⁊ non intelligebant que diceban
tur. Iudei vero quia in eius necē conſpira/
uerant: ꝙ de paſſione ſua loqueretur dicens
in ioanne: Oportet exaltari filium hominis
intelligebant. vnde dixerunt: Nos audiui/
mus ex lege quia chriſtus manet in eternū:
⁊ quomodo tu dicis. Oportet exaltari fili/
um hominis?

¶ Factum eſt autem cum appropin
quaret hierico: cecus quidam ſedebat
ſecus viam mendicans. Et cum audi/
ret turbam pretereuntem: interroga
bat quid hoc eſſet. Dixerunt autem
ei: ꝙ ieſus nazarenus tranſiret. Et cla
mauit dicens. Ieſu fili dauid miſere/
re mei. Et qui preibant increpabant
eum vt taceret. Ipſe vero multoma/
gis clamabat: fili dauid miſerere mei.
Stans autem ieſus iuſſit illum addu
ci ad ſe. Et cum appropinquaſſet: in
terrogauit illū dicens: Quid tibi vis
faciam? At ille dixit: Domine vt vi
deam. Et ieſus dixit ei: Reſpice. Fi
des tua te ſaluum fecit. ⁊ confeſtim vi
dit: ⁊ ſequebatur illum: magnificans de
um. Et omnis plebs vt vidit: dedit
laudem deo.

GREGO. in home. Quia carnales ad/
huc diſcipuli nō volebant capere verba my/
ſterij: venitur ad miraculum: ante eorum ocu
los cecus lumen recipit: vt eos ad fidem ce/
leſtia facta ſolidarent. vnde dicitur: Factum
eſt autem cum appropinquaret hierico: cec⁹
quidam ſedebat ſecus viam mendicans.
THEOPHI. Et ne inceſſus domini eſ
ſet inutilis: in via: fecit ceci miraculum: hoc
documentum diſcipulis ſuis dans: vt i om
nibus ſimus pſicui: ⁊ nihil ſit in nobis ocio
ſum. AVGV. de queſtio. euan. Poſſe/
mus de appropinquantibus hiericho ſic in/
telligere: vt iam unde egreſſi: prope tamē ad/
huc eſſent ad eam ciuitatem: quod quidē mi
nus vſitate dicitur. Sed tñ videri poſſet hoc

dictũ: quoniam mattheus egredientibus eis
ab hiericho dicit illuminatos duos cecos: q
iuxta viã ſedebãt. De numero quidẽ nulla
eſſet queſtio: ſi alter euangeliſtaꝝ de vno ta
cuiſſet vnius reminiſcẽs. nam ⁊ marcꝰ vnũ
cõmemorat: cũ ⁊ egrediẽtibꝰ eis ab hiericho
dicit illuminatũ: cuius ⁊ nomẽ dixit ⁊ patrẽ
vt intelligamus eũ fuiſſe potiſſimum. alteꝝ
ignotum: vt merito ille notus etiaꝫ ſolus de
center commemoraretur. Sed quoniam que
ſequuntur in euangelio ſm lucaꝫ: aptiſſime
oſtendunt illud quod ipſe narrat adhuc ve/
nientibus ipſis hiericho factuꝫ eſſe: nihil ali
ud reſtat intelligere: niſi bis eſſe factum hoc
miraculum: ſemel in vno ceco: cum adhuc
veniret in illam ciuitateꝫ: iterum in duobus
cum inde egrederetur: vt illud vnum lucas:
alteruꝫ mattheus enarrat. CHRY. Mul
tus autem erat populus circa chriſtum ⁊ ce/
cus cum quidem nõ nouerat: ſentiebant au
tem effectum: ⁊ rapiebat per affectum: quod
non hauſit aſpectus. vnde ſubditur: Et cuꝫ
au. tur. prete. inter. quid hoc eſſet. Et ocula
ti quidem ſm opinionem loquebantur. Se
quitur: Dixe. autem ei: ꝙ ieſus naza. tranſi/
ret. Cecus vero vera clamabat: alia docet:
⁊ alia predicat. Nam ſequitur: Et cla. di.
ie. fi. da. mi. mei. Quis te docuit ħ homo?
non perlegiſti libros priuatus luminibus?
Vnde igitur noſti luminare mundi? vere
dominus illuminat cecos. CHRY. In
iudaiſmo autem nutritus non ignorauit ꝙ
de progenie dauid deus ſm carnem naſce/
retur: ⁊ ideo ei vt deo loquitur dicens. Mi
ſerere mei: hunc imitentur qui in duo diui/
dunt chriſtum: hic enim chriſtum tanquam
deum adit: ⁊ filium dauid eum nominat:
mirentur autem inſtantiam confeſſionis
eius. Quidam enim eum confitentem fi/
dem compeſcebant. Sequitur: Et qui prei.
increpa. eum vt tace. Sed per inhibitiones
huiuſmodi nõ impediebatur eius audacia.
Nouit enim fides omnibus repugnare: ⁊ i
omnia triumphare. vtile enim eſt pro cultu
diuino pudorem deponere: nam ſi cauſa pe
cunie ſunt impudentes nonnulli: pro ani/
me ſalute non decet bonam induere impu/
dentiam? vnde ſequitur. Ipſe vero multo/
ma. cla. Fi. da. mi. mei. Siſtit autem chri/
ſtum vox inuocantis in fide: ⁊ inuocantes i

fide reſpicit. ⁊ ideo merito vocat cecum ⁊ ac
cedere iuſſit. vnde ſequitur: Stans autem ie
ſus iuſſit illum adduci ad ſe: vt. ſ. qui prius
fide eum tetigerat: appropinquaret ⁊ corpo/
re. Appropinquantem cecum dominus in/
terrogat: Nam ſequitur: Et cum app. inter.
il. di. Quid tibi vis faciam? Diſpenſatiue i
terrogat: non quaſi ignorans: ſed vt ſcirent
aſtantes ꝙ non petebat pecuniam: ſed diui/
nam efficaciam: vt a deo. vnde ſequitur: At
il. di. do. vt vide. CHRY. Vel quia ca/
lumniatores veritatis iudei poſſent dicere:
vt in ceco nato: non eſt hic ſed ſimilis eius:
voluit vt cecus prius oſtenderet defectum
nature: ⁊ tunc cognoſcat gratie maieſtatem.
at vbi petitionis modum cecus explicuit: tũc
ſumma maieſtate precepit ei vt videret. vn/
de ſequitur. Et dixit il. ie. Reſpice: quod re
dundabat in crimen perfidie iudeorum: qs
enim prophetarum talia dixit? Aſpice tamẽ
quid aſſumat medicus ab eo cui collata eſt ſa
nitas. Sequitur enim: Fides tua te ſaluum
fecit. Pro fide enim venduntur beneficia
diffunditur enim gratia quaꝫ ſuſcepit fides.
Et ſicut ab aliquo fonte hi quidem paruis
vaſis modicum aque hauriunt: hi vero ma/
ioribus multum: fonte non diſtinguente mẽ
ſuras: ⁊ ſm feneſtras que aperiuntur ma/
gis vel minus ſplẽdor ſolis infunditur: ita
ſm capacitatem intentionis hauritur gratia.
vertitur autem vox chriſti in lucem languen
tis. erat enim verbum vere lucis. vnde ſe/
quitur. Et confeſtim vidit. At cecus ⁊ ante
beneficium fidem oſtendit feruidam: ⁊ poſt
beneficium beniuolentiam obſeruauit. Se/
quit̃ ⁊ ſeque. il. ma. de. CHRY. Ex quo
patet ꝙ a duplici cecitate liberabatur: corpo/
rali. ſ. ⁊ intellectuali. neqꝫ. n. glorificaſſet vt
deum niſi vere vidiſſet: ſed ⁊ alijs factus ẽ
occaſio glorificandi deuꝫ. Sequitur: Et om
nis plebs vt vi. de lau. deo. BEDA. Nõ
ſoluꝫ pro impetrato munere lucis. ſed ⁊ me
rito fidei impetrantis. CHRY. Hic au/
teꝫ neceſſe eſt querere cur chriſtus demonia/
cum quidem curatum ſequi volentem prohi
bet: cecum autem illuminatum ſequenteꝫ nõ
prohibet? ſed neutruꝫ irrationale puto: illuꝫ
enim mittit preconem: vt ex ſua conſiſtentia
benefactorem predicet. erat enim excellens
miraculum videre furioſuꝫ ſane mentis eſ/

ſectum. Cecum vero permittit ſequi: quan/
do hieroſolymam aſcendebat per crucem ꝑ
ſecturus altum myſterium: vt recentem ha/
bentes miraculi mentionem non exiſtima/
ret eum infirmitate potius q̄z miſericordia
pati. AMBRO. In hoc autem typus po
puli gentilis eſt qui ſacramento dominico
recepit amiſſi luminis claritatem. Nihil au/
tem intereſt: vtrum in vno ceco medicinaz:
an in duobus accipiat: quoniam et cham ⁊
iaphet noe filiȷ́s originem ducens in duob⁹
cecis duos generis ſui precēdebat auctores.
GREGO. in ho. Vel cecum eſt genus
humanum: quod in parente primo claritatē
ſuperne lucis ignorans: damnationis ſue te
nebras patitur. Hiericho autem īterpreta/
tur luna: que dum menſtruis momentis de
creſcit: defectū noſtre mortalitatis deſignat.
dum igitur cōditor noſter appropinquat hie
richo: cecus ad lumen redit: quia dum diui/
nitas defectum noſtre carnis ſuſcepit huma
num genus lumen quod amiſerat recepit.
Qui ergo eterne lucis claritatem neſcit: ce/
cus eſt. Si autem tam redemptorem credi/
dit qui dixit. Ego ſum via iuxta viam ſedet
Si vero credidit ⁊ exorat: vt eternum lumē
recipiat iuxta viam ſedet ⁊ medicat. Illi au/
tem qui ieſum venientē precedunt deſignāt
carnalium deſideriorum turbas tumultuſq̄z
vitiorum: qui priuſq̄z ieſus ad cor noſtrum
perueniat: diſſipant cogitationem noſtram:
⁊ in ipſa nos noſtra oratione cōturbant. Ip
ſe vero magis clamabat: quia quāto grauio
ri tumultu cogitatione premimur: tanto ora
tioni inſiſtere ardentius debemus. Cum au
tem adhuc turbas phantaſmatum in oratio/
ne patimur ieſum aliquatenus tranſeuntem
ſentimus: Cum vero orationi vehementer
inſiſtimus: deus in corde figitur: ⁊ lux amiſ
ſa reparat᷑. vel trāſire humanitatis eſt: ſtare
diuinitatis. Cecū igit᷑ clamantē dn̄s trāſiēs
audiuit: ſtans illuminauit: q: ꝑ humanitatē
ſuam vocibus noſtre cecitatis compatiendo
miſertus eſt: ſed lumē nobis gratie per diui
nitatis potentiā infudit. Ad hoc autē reqrit
quid velit vt cor ad orationē excitet: peti enī
hoc vult: qḋ ⁊ nos petere ⁊ ſe cōcedere ꝑno
ſcit. AMBRO. Vel interrogauit cecuz
vt crederemus: niſi confitentē non poſſe ſal
uari. GREGO. i ho. Cecus āt a domi
no non aurum: ſed lucem querit. Et nos
non falſas diuitias: ſed lucem queramus:
quam videre cum ſolis angelis poſſum⁹:
ad quā lucē via fides eſt. vn̄ recte ceco dicit᷑:
Reſpice: fides tua te ſaluū fecit. Qui videt
⁊ ſequit᷑: q: bonū qḋ itelligit operat᷑. AV/
GV. de q̄. euā. Si aūt hiericho lunā ⁊ ob
hoc mortalitatē īterp̄tamur: morti ꝓpiquās
dn̄s iudeis ſolis lumē euāgelij iuſſerat p̄di/
cari: quos ſignificauit ille vnus cecus quem
lucas cōmemorat: a morte aūt reſurgēs atq̄z
deſcendēs ⁊ iudeis ⁊ gentibus quos duos
populos ſignificare vident᷑ duo ceci cōme/
morati a mattheo.

## Feria. iiij. in capite ieiunij Mathei. vj. cap.

CUm autē ieiunatis: noli
te fieri ſicut hypocrite
triſtes. Exterminānt eniz
facies ſuas: vt pareant ho
minibus ieiunātes. Amē
dico vobis q: receperūt mercedez ſuā.
CHRY. Quia oratio illa iam fortis eſt
que fit in ſpiritu humili ⁊ corde contrito: qui
autem delitijs fruitur ſpiritum humilem ⁊
cor contritum habere non poteſt. manifeſtū
eſt quoniam oratio ſine ieiunio gracilis eſt ⁊
infirma. ⁊ ideo quicunq̄z pro aliqua neceſſi/
tate voluerunt orare: ieiunium cum oratio/
ne iunxerunt: quia ieiunium adiutorium eſt
orationis. vnde cōſequenter dominus poſt
doctrinam de oratione ſubiungit doctrinaz
de ieiunio dicens: Cum autem ieiu. no. fie.
ſi. hypo. tri. Sciebat. n. dominus gloriam
vanam ex omni bono procedere. ideo ſpinā
vane glorie que naſcitur in terra bona iubet
precidere ne ſuffocet ieiunij fructum. Non
autem poteſt fieri vt non ſentiatur qui ieiu/
nat: ſed melius eſt vt ieiunium te oſtendat:
q̄z tu ieiunium. Non autez poteſt fieri vt ſit
hilaris qui ieiunat. Ideo non dixit: Nolite
eſſe triſtes: ſed nolite fieri triſtes. Qui enim
per impoſturas aliquas fallentes apparent:
illi non ſunt triſtes ſed fiunt. Qui autez na
turaliter propter aſſiduum ieiunium triſtis
eſt: non fit triſtis: ſed vere eſt. vnde ſubdit:

Exter.n.faci.ſu.vt pa.ho.ie. HIERO.
Verbum exterminant quod in eccleſiaſticis
ſcripturis vitio interpretatum tritum eſt: ali
ud multo ſignificat q̄ꝫ vulgo ītelligitur. Ex
terminantur quippe exules qui mittūtur ex/
tra terminos: pro quo ergo ſermone demo/
liuntur ſemper accipere debemus. Demoli
tur autem hypocrita faciem ſuam vt triſtiti/
am ſimulet: ⁊ animo forte letante luctum ge
ſtat in vultu. GREGO. viij.mo. Nam
ora palleſcūt: corpus debilitate quatitur. pe/
ctus interrumpētibus ſuſpirijs vrgetur: ni
hilqꝫ tanto labore aliud niſi eſtimatio huma
na cogitatur. LEO pa.in ſ. de epy. Non
ſunt autem caſta ieiunia que non de ratione
veniunt continentie ſed de arte fallacie.
CHRY. ſuper mat. Si ergo qui ieiunat
⁊ triſteꝫ ſe facit hypocrita eſt: q̄ꝫtomagis ini
quior eſt qui non ieiunat: ſed argumentis q
buſdam in facie ſua pingit venalem pallo/
rem quaſi ieiunij ſignū. AVGV. de ſer.
do.in mon. In hoc autem capitulo maxime
aduertendum eſt: non in ſolo rerum corpo/
rearum nitore atqꝫ pompa ſed etiam in ipſis
ſordibus luctuoſis eſſe poſſe iactantiā: ⁊ eo
periculoſiorem quo ſub nomine ſeruitutis
dei decipit. Qui ergo immoderato cultu cor
poris atqꝫ veſtitus vel ceterarum rerum ni/
tore fulget: facile cōuincitur rebus ipſis pō
parum ſeculi eſſe ſectator: nec quenq̄ꝫ fallit
doloſe imagine ſanctitatis. Qui autem in ꝓ
feſſione chriſtianitatis inuſitato ſquallore ac
ſordibus intentos in ſe hominum oculos fa
cit cum id voluntate faciat: nō neceſſitate pa
tiatur. ceteris eius operibus poteſt cognoſci
vtrū hoc contemptu ſuperflui cultus an am
bitōne aliqua faciat. REMI. Fructus au
tem ieiunij hypocritarum manifeſtatur: cuꝫ
ſubinfertur: Vt pareant hominibus ieiunā
tes. Amen dico. vobis receperunt mercedē
ſuam. ideſt quam deſiderauerunt.

¶ Tu autem cum ieiunas: vnge ca/
put tuum: ⁊ faciem tuaꝫ laua: ne videa
ris hominibus ieiunans ſed patri tuo
qui eſt in abſcondito: ⁊ pater tuus qui
videt in abſcondito reddet tibi.

GLO. Docuit dominus quid nō eſt faci
endum: modo docet quid eſt faciendum di/
cens: Tu autem cū ieiu. vn.ca.t.⁊ fa.tu.la.
AVGV. de ſer.do.in monte. Queri au
tem ſolet quid ſit quod hic dicitur: Non eni
quiſpiaꝫ recte preceperit quanuis faciē quo⁊
tidiana conſuetudine lauemus: vnctiſqꝫ ca/
pitibus cum ieiunamus nos eſſe debere: qđ
turpiſſimum omnes fatentur. CHRY.
ſuper mathe. Item ſi ideo iubet nos non fie
ri triſtes: ne per triſtitiam appareamus ho/
minibus ieiunare. Si vnctio capitis ⁊ laua
tio faciei a ieiunantibus ſemper reſeruētur:
nihilomin⁹ erūt ſigna ieiunij. HIERO.
Sed loquitur iuxta ritum prouincie paleſti/
ne: vbi diebus feſtis ſolent vngere capita.
Precipit ergo vt quando ieiunamus letos
⁊ feſtiuos nos eē monſtrem⁹. CHRY.
ſuper mat. Simplex ergo interpretatio hu/
ius eſt: quoniam per aggregationem intelli
genda ſunt iſta: ſicut cetera antedicta: tanq̄ꝫ
ſi dicat: Sic longe te facere debes ab oſtenta
tione ieiunij tui vt ſi poſſet fieri quod tamen
non decet: ea etiam facias que ex diuerſo lu
xurie ⁊ epulationis videtur eſſe indicia. vn
de ſequitur: Ne vi.ho.ieiu. CHRY. in
ho. In elemoſyna quidem non ſimpliciter
hoc poſuit: ſed dixit elemoſynaꝫ non eſſe fa
ciendam coraꝫ hominibus: apponens vt vi
deremur ab eis. In ieiunio autem ⁊ oratiōe
nihil tale addidit: quoniam elemoſynam qui
dem impoſſibile eſt omnino latere: orationē
autem ⁊ ieiunium poſſibile eſt. Non paru⁹
autem fructus eſt humanam gloriam contē/
nere: per hoc enim aliquis a graui hominuꝫ
ſeruitute liberatur: ⁊ proprius virtutis ope
rator efficitur: eam amans: non propter ali/
os ſed propter ſeipſam. Sicut.n. nos contu
meliam eſtimamus: cum non propter nos
ſed propter alios diligimur: ita nec virtuteꝫ
oportet propter alios ſequi: nec deo propter
homines obedire: ſed ꝓpter ſeipſum. Ideo
ſequitur. Sed patri tuo qui eſt in abſcondi/
to. GLO. Ideſt patri tuo celeſti qui eſt in/
uiſibilis: vel qui habitat in corde per fidem.
deo auteꝫ ieiunat qui pro eius amore ſe ma
cerat: ⁊ quod ſibi ſubtrahit: alteri largitur.
Et pater tuus qui vi. in abſcon. red. tibi.
REMI. Sufficit enim tibi vt qui eſt inſpe
ctor cōſciētie. ſit ⁊ remūerator. CHRY.
ſuper matth. Spiritualiter autem facies ani
me: conſcientia intelligitur. Sicut.n. in con
ſpectu hominum gratioſa eſt facies pulchra

ſic in oculis dei ſpecioſa eſt munda conſcien
tia. Has facies hypocrite qui propter homi
nes ieiunant exterminant: fallere volentes
deum ⁊ homines: nam ſemper vulnerata ē
conſcientia eius qui peccat. Si ergo abſtule
ris nequitiam ab anima tua lauaſti conſcien
tiam tuaꝫ ⁊ bene ieiunas. LEO pa. in ſer.
de ieiu. Impleri. n. debet ieiuniuꝫ non cibo
rum tantummodo parcitate: ſed maxime pri
uatione vitiorum. Nam cum ob hoc caſtiga
tio iſta ſumatur: vt carnalium deſideriorum
fomites ſubtrahantur: nullum magis ſectā
dum eſt continentie genus: q̄ꝫ vt ſemper ſi
mus ab iniuſta voluntate ſobrij: ⁊ ab inho/
neſta actione ieiuni. que deuotio non ſecer/
nit inualidos: quia etiam in languido corpo
re pōt anime integritas reperiri. CHRY.
ſup matth. Spiritualiter aūt caput tuuꝫ xp̄s
eſt: ſitientē pota: eſurientē ciba: ⁊ ſic oleo mi
ſericordie vnxiſti caput ſuū. i. xp̄ꝫ q clamat i
euāgelio: qđ vni ex minimis meis feciſtis:
mihi feciſtis. GREGO. in ho. Illđ. n.
ieiuniū de⁹ approbat: qđ añ oculos ei⁹ man⁹
elemoſynaꝝ lauat. Hoc aūt qđ tibi ſubtra/
his alteri largire. vt vñ tua caro affligiꝉ: ide
egētis, primi caro reparetur. AVGV. de
ſer. do. Vł caput recte accipim⁹ rōnē: q̄ in
aīa preeminet: ⁊ ē. hoīs mēbra regit. Vnge
re ḡ caput ad leticiā ptinet. Interi⁹ ḡ gaudeat
de ieiunio ſuo: q ieiunādo ſe auertit a volun
tate ſeculi: vt ſit ſubdit⁹ xp̄o. GLO. Ecce
nō oīa in nouo teſtō ad litterā accipiunꝉ. Ri
diculū. n. ē in ieiunio oleo deliburi: ſed ſpū
amoris eius cui⁹ paſſiōib⁹ debem⁹ pticipare
nos macerādo mens dꝫ inūgi. CHRY.
ſup mat. Proprie aūt dꝫ faciē qđē lauare:
caput aūt nō lauare: ſꝫ vngere. Quādiu eni
ſum⁹ in corpe cōſciētia nr̄a ſordida eſt in pec
catis. Caput aūt noſtruꝫ xp̄s: pctm̄ nō fecit.
¶ Nolite theſaurizare vobis theſau
ros in terra vbi erugo ⁊ tinea demoli
tur: ⁊ vbi fures effodiunt ⁊ furantur.
Theſaurizate autēꝫ vobis theſauros
i celo vbi nec erugo nec tinea demoliꝉ:
⁊ vbi fures nō effodiūt nec furantur.
Vbi ē. n. theſaur⁹ tuus: ibi ē ⁊ cor tuū.
CHRY. in ho. Poſtq̄ꝫ vaneglorie ex/
pulit egritudinē: optime iā ſermonē đ contē
ptu diuitiaꝝ iducit. Nihil eni ita pecūias cō
cupiſcere facit: vt glīe cupido: pp̄ h̄ nāqꝫ fa/
muloꝝ greges: ⁊ auro optos equos: ⁊ argē
teas mēſas expetunt hoīes: nō vt vtilitatem
aut voluptatē impleāt: ſꝫ vt multis oſtēdanꝉ
⁊ h̄ ē qđ dicit. Nolite theſa. vo. theſa. i tra.
AVGV. de ſer. do. Si. n. eo corde qſqꝫ
opeꝛ aliqđ vt terrenū cōmodū adipiſcaꝉ: non
erit cor mūdū: qđ i tra volutatur. Sordeſcit
n. aliqs cū iferiori miſceꝉ nature: q̄ꝫuis i ſuo
genere ñ ſordideꝉ: q̄ ēt de puro argento ſor
didaꝉ auꝝ ſi miſceaꝉ: ita ⁊ aīus nr̄ terrenorū
cupiditate ſordeſcit: q̄ꝫuis terra i ſuo ordine
mūda ſit. CHRY. ſup matth. Vel aliter
Q̄ ſupra dñs nihil de elemoſyna vel orōne
vel ieiunio docuerat: ſꝫ ſimulationē eoꝝ cō/
peſcuit tm̄: nūc ſm̄ tria predicta tres cōſequē
tias itroducit doctrine: quaꝝ pᷣma ptinet ad
elemoſynā q̄ ē hec. Nolite theſau. vo. the in
terra. vbi pᷣmo dat cōſiliū vt elemoſyna fiat:
vt ſit ordo narratōis talis: Cū facis elemoſy
nā: noli tuba canere añ te. ⁊ poſtea ſubſeqꝉ:
Nolite theſaurizaꝛ vobis theſauros i terra.
vbi pᷣmo dat cōſiliū vt elemoſyna fiat. ſecū/
do oñdit q̄ ſit vtilitas i elemoſyna facienda:
tertio vt neqꝫ timor iopie accidētis impediat
volūtatē elemoſyne faciēde. CHRY. i ho
mi. Dicens aūt. Nolite vo. theſau. in terra.
ſubdit. Vbi erugo ⁊ tinea demoliꝉ: vt demō
ſtret theſauri q ē hic nocumētū: ⁊ ei⁹ q ē i ce
lo: vtilitatem: ⁊ a loco ⁊ ab his q̄ nocent. qua
ſi di. quid formidas ne pecunie conſumen/
tur: ſi elemoſinam dederis: Itaqꝫ da elemo/
ſynam ⁊ additionēꝫ accipient. etenim que in
celis ſunt apponentur: q̄ ſi non dederis pe
reunt: ⁊ non dixit alijs derelinquis: quoni/
am in hoc delectabile eſt hominibus. RA/
BA. Tria autēꝫ ponit ſm̄ tres diuerſitates
diuitiarum: metalla erugine: veſtes tinea de
moliuntur. Sunt autem alia que neqꝫ eru/
ginēꝫ neqꝫ tineam timent: ſicut lapides pre
cioſi. ⁊ ideo ponit generale detrimentum. ſ.
fures: qui omnes diuitias rapere poſſunt.
CHRY. ſuper matth. Alia littera habet:
vbi tinea ⁊ cōmeſtura exterminant. Omnia
n. bona mūdi tripliciter tollit interitus. Aut
n. a ſemetipſis veteraſcūt ⁊ tineant: ſicut ve
ſtimenta: aut ipſis dominis luxurioſe viuen
tibus commeduntur: aut ab extraneis vel
dolo vel vi vel calumnijs: vel alio iniquo

modo diripuitur: qui omnes fures dicũtur
quia per iniquitatem feſtinant aliena facere
ſua. Sed dices. Nunquid omnes qui hec
habent perdunt ea? Interim quidem dicam:
quia ⁊ſi non omnes perdunt tamen multi ꝑ
dunt. Vere autem ⁊ male ſeruatas diuitias
⁊ſi non corporaliter: ſpiritualiter tamen per
didiſti: quia non proficiunt tibi ad vſum ſa/
lutis. RABA. Allegorice autem erugo ſi
gnificat ſuperbiam que decorem virtutum
obfuſcat. Tinea que veſtes latenter rodit in
uidia eſt: que bonum ſtudium lacerat: ⁊ per
compactionẽ vnitatis diſſipat. Fures ſunt
heretici ⁊ demones qui ſemper ad hoc ſunt
intenti vt ſpiritualibus ſpolient. HYLA
Ceteꝝ laus celeſtis eterna eſt: nec furto ſur
repenti ſubtrahenda: nec tinea ⁊ rubigine i
uidie excidentia. Et ideo ſequit᷑. Theſauri/
zate aũt vobis theſauros in celis. vbi neq;
erugo neq; tinea demolit᷑: ⁊ vbi fures non
effodiũt: neq; furant᷑. AVGV. de ſer.
do. in mõte: Celũ aũt h̃ loco nõ corporeũ ac/
ceperim: q: omne corpus pro terra habendũ
eſt. Totũ eni mundũ dz cõtemnere qui ſibi
theſaurizat in illo celo: de quo dictũ eſt: Ce
lum celi dño. i. in firmamẽto ſpirituali. Ce
lum enim ⁊ terra trãſibunt. Nõ aũt in eo qḋ
tranſit collocare debemus theſauꝝ noſtrũ ſ;
in eo qḋ ſemꝑ manet. CHRY. ſuꝑ mat.
Quid ergo melius eſt: an ſuꝑ terra repone
re: vbi incertus eſt cõſeruationis euẽtus: an
in celo vbi eſt certa cuſtodia? Que aũt ſtulti
cia eſt illic relinquere vnde exiturus es ⁊ il/
lic nõ premittere quo iturꝰ es? Illic ergo ſub
ſtantiam tuam colloca: vbi patriã habes.
CHRY. in ho. Quia tñ nõ omnis terre
nus theſaurus erugine aut tinea deſtruitur:
aut per fures auferẽ ⁊ ideo aliud inducit di/
cens: vbi eſt theſaurus tuus: ibi eſt ⁊ cor tu
um: ac ſi dicat: ⁊ ſi nihil priorum eueniat
non paruam ſuſtinebis iacturam inferiori/
bus affixus: ⁊ coꝝ ſeruus factus: ⁊ a celeſti
bus cadens ⁊ nihil excelſoꝝ cogitare potẽs.
HIERO. Hoc aũt nõ ſolum de pecũia:
ſed de cunctis poſſeſſiõibꝰ ſentiẽdũ eſt. Gu
loſi enim deus venter eſt. Laſciui theſaurꝰ
ſũt lubrica amatoris libido. huic ſeruit vnuſ
quiſq; a quo vincit᷑: Ibi ergo habet cor: vbi
⁊ theſaurũ. CHRY. ſuꝑ matth. Vel ali
ter: ponit nũc que ſit vtilitas in elemoſyna fa
cienda. Qui enim collecat theſauros in ter/
ra non habet quid ſperet in celo. Vt quid
ergo aſpiciat in celum: vbi nihil repoſitum
habet? Vnde dupliciter peccat. primo quia
mala cõgregat: ſcḋo quia cor habet in terra:
⁊ ex cõtrariis cauſis dupl'r benefacit qui the
ſaurizat in celo.

## Feria v. Mathei. viij. cap.

CUm aũt introiſſet ieſus
capharnaum: acceſſit ad
eũ centurio: rogãs eum ⁊
dicẽs: Domie puer meꝰ
iacet in domo paralyticꝰ:
⁊ male torquet᷑. Et ait illi ieſus: Ego
veniã ⁊ curabo eũ. Et reſpõdẽs cẽtu
rio ait: Dñe nõ ſũ dignꝰ vt itres ſub
tectum meũ: ſed tantũ dic verbo ⁊ ſa
nabitur puer meus. Nã ⁊ ego homo
ſum ſub poteſtate conſtitutus habens
ſub me milites: ⁊ dico huic vade ⁊ va
dit: ⁊ alio veni ⁊ vẽit: ⁊ ſeruo meo: fac
hoc ⁊ facit.
CHRY. ſuper matth. Poſtq; dñs diſci
pulos docuit in monte: leproſuz aũt ſanauit
ſub monte: venit capharnaum in myſterio:
q: poſt iudeoꝝ mundationẽ venit ad gẽtes
⁊c. AYMO. Capharnaũ enim que vil
la pinguedinis ĩterpretat᷑: ſiue ager conſola
tionis: eccleſia que ex gentibus eſt collecta ſi
gnificat: que ſpirituali pinguedine eſt reple
ta: ſcḋm illud. Sicut adipe ⁊ pinguedine re/
pleat᷑ anima mea. Et inter preſſuras ſeculi
de celeſtibus conſolat᷑: ſcḋm illud. Conſola/
tiones tue letificauerunt animã meã. vnde
dicit᷑. Cum aũt introiſſet capharnaũ: acceſſit
ad eũ cẽturio. AVGV. de ver. do. Iſte
cẽturio de gentibus erat. Iam enim iudea
gẽs hẽbat militẽ romani imꝑij. CHRY.
ſuper matth. Centurio aũt iſte primus fru
ctꝰ ex gẽtibꝰ: ad cuiꝰ fidei cõparationẽ oĩuz
iudeoꝝ fides infidelitas eſt inuẽta: qui neq;
chriſtũ audiuit docentẽ neq; leproſum cum
mundaret᷑ aſperit: ſed audita tm̃modo ſani/
tate leproſi: plus credidit q; audiuit. erat. n.

i myſterio gẽtiũ futurarũ: q̃ neq3 legẽ aut ꝓ/
phetas legerãt de xpo: neq3 ip3 chriſtũ mira
bilia facientẽ viderũt. Acceſſit ergo rogans
eum ⁊ dicens. Dñe puer meus iacet in do.
para. ⁊ male torquetᷣ. Vide aũt bonitatẽ cen
turionis qui pro ſalute ſerui ſic ſollicite feſti
nabat quaſi non damnũ pecunie ſed ſalutis
paſſurus in morte illius. Nullam enim dif
ferentiã eſtimabat inter ſeruũ ⁊ dñm: q2 etſi
dignitas in hoc ſeculo diuerſa eſt iter illos:
vna tamẽ eſt illis natura. Fidẽ aũt cẽturiõis
vide: q2 nõ dixit: veni ⁊ ſalua eũ: q2 ille cõſti
tutus in omni loco erat pñs. ſapiam aũt: q2
nõ dixit: hic cõſtitut⁹ ſalua eũ: ſciebat eni q2
potẽs eſt ad faciendũ: ſapiens ad intelligen
dum: miſericors ad exaudiendũ: ideo ĩfirmi
tatem tm̃ expoſuit. Remediũ aũt ſanitatis in
poteſtate miſericordie eius dimiſit dicẽs. Et
male torquetᷣ. In quo apparet quia diligebat
eum. Nam vnuſquiſq3 quẽ diligit etſi mo/
dice fuerit tediatus: grauius eũ putat habe/
re q̃3 h3. RABA. Omnia iſta cũ dolore
cognominauit ⁊ iacentẽ ⁊ paralyticũ ⁊ male
detentũ. ideo vt anime ſue anguſtias demõ
ſtraret ⁊ dñm commoueret: ſic debẽt oẽs cõ
dolere ſeruis: ⁊ eorũ curã hẽre. CHRY.
in ho. Quidã aũt dicunt qm̃ excuſans ſe in
hanc cãm dixit ꝓpter quã non ipſum addu/
xit. Neq3 enim poſſibile erat diſſolutũ cum
torqueretᷣ: ⁊ ad vltimas eſſet expiratiões por
tari. Ego aũt ſignũ hoc eſſe magne fidei di/
co. q2 enim ſciebat ꝙ ſola iniũctio ſufficeret
ad reſtaurationem iacentis ſuꝑflue eſtima/
bat eum ducere. HYLA. Jacentes autem
in ſeculo: ⁊ peccatorũ morbis diſſolute: ſpiri
tualiter gentes eſtimãde ſunt: omnibus vn
diq3 membris fluidis ⁊ ad conſiſtendi offici
um gradiẽdiq3 corruptis quarũ ſalutis ſacra
mentum in puero centuriõis expletᷣ: q̃3 ſatis
dictum ſit principem eſſe gentium creditura
rum. Quis aũt ſit hic princeps: canticũ moy
ſi in deutronemio docet. vbi. ſ. dicitᷣ. Con/
ſtituit terminos gentũ iuxta numerũ ange/
lorum dei. REMI. Vel per centurionem
deſignãtᷣ qui primi ex gentibus crediderũt.
⁊ perfecti in virtutibus fuerũt. Cẽturio. n.
dicitᷣ qui centũ militibus preeſt. centenarius
aũt numerus pſectus ẽ. Recte ergo cẽturio
pro puero ſuo rogat: q2 ꝑmitie gentiũ pro ſa
lute totius gentilitatis deo ſupplicauerunt.

HIERO. Videns aũt dñs cẽturionis fi
dem humilitatẽ ⁊ ꝓuidentiã: ſtatim ſe iturũ
⁊ ſanaturũ ꝓmittit. vnde ſequitᷣ. Et ait illi ie
ſus: Ego veniã ⁊ curabo eum. CHRY.
in ho. Quod nunq̃3 fecit hic facit ieſus. vbiq3
enim ſequitᷣ voluntatẽ ſupplicantiũ hic autẽ
preſilit ⁊ non ſolum curare ꝓmittit ſ3 ire ad
domũ. facit aũt hoc vt diſcamus centurionis
virtutẽ. CHRY. ſuper matth. Niſi eni3
ille dixiſſet: Veniam ⁊ curabo eum. nunq̃3
iſte reſponderet: Non ſum dignus. deinde
quoniam pro ſeruo petebat: ideo ire ꝓmiſit:
vt nos doceat nõ colere magnos: ⁊ contẽ/
nere modicos: ſed pauperes ⁊ diuites ſimi/
liter honorare. HIERO. Sicut aute3 in
cẽturione commendamus fidem: eo ꝙ credi
dit paralyticum a ſaluatore poſſe ſanari: ita
p3 humilitas in hoc ꝙ ſe iudicauit indignũ:
cuius tectum dominus intraret. vnde ſequi
tur. Et reſpondens centurio ait illi. Domi/
ne non ſum dignus vt intres ſub tectu3 me
um. RABA. Propter conſcientiã. n. vi
te gentilis: grauari ſe magis dignatione pu
tauit q̃3 iuuari: cuius etſi fide preditus: non/
dum erat ſacramentis imbut⁹. AUGU.
de ver. do. Dicẽdo aũt ſe indignum: preſti/
tit dignum non in cuius parietes: ſed in cu
ius cor verbi dei chriſtus ĩtraret. Neq3 hoc
diceret cum tanta fide ⁊ humilitate: niſi illu3
quem timebat intrare domum ſuam corde
guſtaret. nam non erat magna felicitas ſi ie
ſus intraret in parietes eius: ⁊ non eſſet in
pectore eius. SEVERIA. Myſtice aũt
hoc tectum corpus eſt quod regit animam:
quod libertatem mentis celeſte viſione in ſe
concludit: ſed deus neq3 habitare carnem:
neq3 tecum noſtri corporis dedignatᷣ intra/
re. ORIGE. Nunc etiam quando ſancti
⁊ deo acceptabiles eccleſiarum antiſtites ſub
tectum tuum intrant: tunc ibide3 per eos do
minus ingreditur: ⁊ tu ſic eſtimes quaſi do/
minum ſuſcipiens. Et quando corpus ⁊ ſã
guine3 dñi mãducas ⁊ bibis: tũc dñs ſub te
ctũ tuũ ĩgreditᷣ: ⁊ tu ergo humiliãs teipſũ di
cas. Dñe nõ ſũ dign⁹ ⁊c. Vbi eni ĩdigne in
greditᷣ: ibi ad iudiciũ ĩgreditᷣ accipiẽti. HIE
RO. Prudentia autem centurionis appa
ret in hoc ꝙ vltra corporis tegumen latente3
vidit diuinitatẽ. vnde ſubiungit: S3 tantũ
dic verbo ⁊ ſanabitᷣ puer me⁹. CHRY.

super matth. Sciebat. n. q̄ñ aſtabāt illi inuiſi
biliter angeli miniſtrātes qui omne verbuꝫ
eius vertunt in opus ꝙ etſi angeli ceſſent:
tamē īfirmitates preceptis eius viuacibꝰ ex/
pelluntur. HILA. dicit etiam cēturio pue
rum verbo poſſe ſanari: qꝛ ſalus gentiū om
nis ex fide eſt: ⁊ preceptis dn̄i vita ē vniuer
ſorum. ⁊ ideo ſubiungit dicens. Naꝫ ⁊ ego
homo ſum ſub poteſtate conſtitutus: habēs
ſub me milites. Et dico huic vade ⁊ vadit:
⁊ alio veni ⁊ venit: ⁊ ſeruo meo fac hoc ⁊ fa
cit. CHRY. ſuper matth. Patris ⁊ filij
myſterium ſpiritusancto ſuggerente depin/
xit: ac ſi diceret. Etſi ego ſum ſub poteſtate
alterius: tamē habeo poteſtatē iubendi eis ꝗ
ſub me ſunt. ſic ⁊ tu q̄uis ſis ſub poteſtate
patris. i. inquantū homo: habes tamē pote/
ſtatem iubendi angelis. Sꝫ forte dicit ſabel
lius volens oſtendere eundem eſſe patrem
qui ⁊ filius eſt: ſic hic eſſe intelligenduꝫ. Si
ego ſub poteſtate conſtitutus poſſum iubere
q̄tomagis tu qui ſub nullius poteſtate? Sꝫ
hanc expoſitionē nō recipit textus. Non eni
dixit. Si ego homo ſub poteſtate: ſed dixit:
Nam ⁊ ego homo ſub poteſtate. In quo pa
tet ꝙ inter ſe ⁊ chriſtum nō cōparationis dif
ferentiam fecit: ſed rationē ſimilitudinis in
troduxit. AVGV. de ver. do. Si ego qui
ſum ſub poteſtate iubendi habeo poteſtatem
quid tu potes: cui omniū ſeruiūt poteſtates?
GLO. Potes per angelorum miniſteria
ſine corporis preſentia dicere īfirmitati vt re
cedat: ⁊ recedet: ⁊ ſanitati vt veniat: ⁊ veni/
et. AYMO. Poſſunt autē per ſubiectos
centurionis virtutes naturales ītelligi. in ꝗ
bus plurimi gentilium pollebant: vel etiam
cogitationes bone aut male. malis autem di
camus vt recedant ⁊ recedēt: ſed bonas vo/
cemus: ⁊ veniēt: ſeruo quoqꝫ noſtro hoc ē
corpi: vt ſubijciat volūtati diuine. AVG.
de cō. euā. Huic autem quod hic dicit: vide
tur repugnare qd̄ ait lucas: cū audiſſet centu
rio de ieſu: miſit ad eos ſeniores iudeorum
rogans eum vt veniret ⁊ ſaluaret ſeruū eiꝰ.
⁊ iterꝫ ꝙ cum longe eſſet a domo miſit ad eū
centurio amicos dicēs. Dn̄e noli vexari: nō
enim ſum dignus vt ſub tectum meum in/
tres. CHRY. in homi. Quidam autem
dicūt: q̄ñ nō eſt idem ille ⁊ hic: quod multas
coniecturas habet. De illo enim ait: q̄ñ ſy/
nagogam noſtram cōſtruxit: ⁊ gentē diligit.
De iſto autē ipſo ieſus ait. Neqꝫ in iſrael tā
tam fidem inueni. vnde videt iudeum illum
eſſe: mihi autē videt idem hic ⁊ ille eſſe. Sꝫ
quādo lucas dicit: ꝙ miſit vt veniat: blandi/
tias iudeoꝝ inſinuauit. Conueniens eni eſt
credere centurionē volentē abire ꝓhibitum
eſſe a iudeis blandiētibus ⁊ dicentibus: q̄ñ
nos abimus ⁊ educimus eum. Sꝫ q̄ñ ab eo
rum imminētia erutus eſt: tunc miſit dicēs.
Ne eſtimes ꝙ ꝓpter deſidiam nō veni: ſed
qꝛ me indignum eſtimaui vt te in domū mē
am ſuſciperem. Quod autē mattheus ait nō
per amicos: ſed per ſeipſum hoc eum dixiſ/
ſe: nihil contrarium eſt: vterqꝫ enim deſide/
rium viri repreſentauit. Et q̄ñ de chriſto de
centem opinionem habebat: Cōueniēs autē
eſt opinari ⁊ ipſum poſtq̄ꝫ miſit amicos ad/
uenientem per ſe hoc dicere. Si autem non
hoc dixit lucas: neqꝫ illud mattheus nō ſibi
contradicunt: ſed complent que abinuicē de
relinquebantur. AVGV. de con. euan.
Mattheus ergo acceſſum centurionis ad do
minum per alios factum compendio dicere
voluit: quia fidem eius qua vere ad deuꝫ ac/
ceditur: laudauit vt diceret. Non inueni tan
tam fidem in iſrael. Lucas aūt ideo totuꝫ qꝛ
geſtum eſt aperuit: vt ex hoc intelligere con
geremur: qualiter eum accepiſſe dixerit mat
theus: qui mentiri non potuit. CHRY.
in ho. Neqꝫ enim eſt contrarium ꝙ fabrica
uit ſynagogam ſm̄ lucam: ⁊ ꝙ hic oſtendit
nō eſſe iſraelita: poſſibile enim eſt iudeuꝫ nō
exiſtentem ⁊ ſynagogam fabricaſſe ⁊ genteꝫ
diligere.

¶ Audiens autem ieſus miratus ē:
⁊ ſequentibus ſe dixit: Amen dico vo
bis: non inueni tantam fidem in iſrael.
Dico autem vobis: ꝙ multi ab orien
te ⁊ occidente venient ⁊ recumbent cū
abraam ⁊ iſaac ⁊ iacob in regno celoꝝ:
filij autem regni eijcientur in tenebras
exteriores: Ibi erit fletus ⁊ ſtridor
dentium. Et dixit ieſus centurioni:
Uade ⁊ ſicut credidiſti fiat tibi: ⁊ ſa
natus eſt puer ex illa hora.

CHRY. in ho. Sicut ꝙ leproſus dixe

rit de chriſti poteſtate: ſi vis poteſ me mundare: chriſti voce confirmatur dicentis: Volo mundare. ita ⁊ hic centurionem de chriſti poteſtate teſtantem non ſolum nō accuſauit ſed etiā cōmendauit. Sed ⁊ amplius aliqd fecit: intentionē enim laudis euangeliſta ſignificans dicit. Audiēs autem ieſus miratus eſt. ORIGE. Attende quantum ſit: aut quale quod deus vnigenitus miratur: aurum: diuitie: regna: pricipatus in conſpectu eius ſunt tanquam vmbra vel flos decidens Nihil ergo horum in cōſpectu dei mirabile eſt: quaſi magnum vel precioſum: ſed tm̄ fides hanc miratur honorificans: hanc acceptabilem ſibi eſtimat. AVGV. ſuper geneſim contra manicheos. Quis autē in illo fecerat illam fidem niſi ipſe qui admirabatur? q ſi ⁊ alius eam feciſſet vt quid miraretur q preſcius erat? Quod ergo miratur dominus nobis mirandum eſſe ſignificat: quibus adhuc opus eſt ſic moueri: omnes enim tales motus eius non perturbati animi ſigna ſunt: ſed docentis magiſterium. CHRY. in ho. Vnde plebe omni preſente admiratus eſſe dicitur: ⁊ alijs exemplum dedit: vt eum mirentur. Sequitur enim: Et ſequentibus ſe dixit. Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in iſrael. AVGV. contra fauſtum: Fidem laudat illius: non autem deſertionem militie imperauit. HIERO. Hoc autem de preſentibus loquitur. nō de omnibus retro patriarchis ⁊ prophetis. CHRY. ſuper matth. Credidit enim andreas: ſed ioanne dicente. Ecce agnus dei. credidit petrus: ſed euangelizante ſibi andrea credidit philippus: ſed legendo ſcripturas nathanael: ⁊ prius ſignū diuinitatis accepit: ⁊ ſic fidei confeſſionē obtulit. ORIGE. Jairus iſraelis princeps pro filia ſua petens: non dixit: Dic verbo: ſed veni velociter. Nicodemus de fidei ſacramento audiens ait: Quomodo poteſt hoc fieri? Maria ⁊ martha dicunt. Domine ſi fuiſſes hic: frater meus non fuiſſet mortuus: quaſi dubitantes q vbiqꝫ poſſet adeſſe dei potentia. CHRY. ſuper mattheum. Aut ſi voluimus fideliorem putare iſtum q̄ꝫ apoſtolos ita teſtimonium chriſti intelligendum eſt: q vnumquodqꝫ bonum hominis ſecundum

quantitatem perſone illius laudatur: ruſticū enim dicere aliquid ſapienter magnum eſt: quod de philoſopho non eſt mirum: ſic de centurione dictum eſt: in nullo tantam fidē inueni in iſrael. CHRY. in ho. Non enim erat equale iudeum credere ⁊ gentilē. HIERO. Vel forte in centurione fides gentium preponitur iſraeli. vnde ſubdit. Dico autem vobis q multi ab oriente ⁊ occidente venient. AVGV. de ver. do. Non omnes ait: ſed multi. tamen ipſe ab oriente ⁊ occidente iſtis duabus partibus totus orbis deſignatur. AYMO. Vel ab oriente veniunt qui ſtatim illuminati tranſeunt: ab occidente: hi qui perſecutionem vſqꝫ ad mortem tolleraueruntꝰ pro fide. vel ab oriente quis venit cum ab infantia deo ſeruire incipit. ab occidente: dum in ipſa decrepita etate ad deum conuertitur. ORIGE. Sed quomodo alibi dicit: q pauci ſūt electi? per diuerſas enī generationes pauci electi ſunt: ſimul vero congregati in tempore viſitationis multi inuenientur. Sequitur. Et recumbent: non carnaliter iacentes: ſed ſpiritualiter requieſcentes. non temporaliter potantes: ſed eternaliter epulantes cum abraam iſaac ⁊ iacob in regno celorum vbi lux: exultatio: gloria. ⁊ longeuitas vite eterne HIERO. Quia autem deus abraam celi conditor: pater chriſti eſt iccirco in regno celorum eſt: ⁊ abraam cum quo accubiture ſunt nationes que crediderunt in chriſtum filium creatoris. AVGV. de ver. do. Sicut autem videmus chriſtianos vocatos ad celeſte conuiuium: vbi eſt panis: iuſtitia: potus ſapientia: ita videmus ⁊ iudeos reprobatos. vnde ſequitur. Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Judei ſcilicet qui legem acceperunt: qui celebrant figuras omnium futurorum que tamen preſentia non agnouerunt. HIERO. Vel filios regni dicit iudeos: quia in eis deus ante regnauit. CHRY. in ho. Vel filios regni eos dicit quibus regnum erat preparatum quod ⁊ magis eos mordebat. AVGV. contra fauſtum. Si ergo non commendauit moyſes populo iſrael deum: niſi deum abraam iſaac ⁊ iacob cuiꝰ ipm xps cōmēdat: nō eſt conatꝰ illū po

puſillum auertere a deo ſuo: ſed ideo minatus eſt eos ituros in tenebras exteriores ꝙ auerſos videret eos a deo ſuo: i cuius regno gẽtes vocatas ex toto orbe terrarũ recubituras dicit cum abraam iſaac ꝛ iacob. non ob aliud qꝫ ꝙ fidem tenuiſſent dei abraam iſaac ꝛ iacob. Quibus non quaſi in morte correctis: vel poſt paſſionem ſuam iuſtificatis teſtimonium dominus perhibeat. HIERO. Tenebre autem exteriores dicuntur: quoniam q a domino expellitur foras: relinquit lumen. AYMO. Quid autẽ ibi paſſuri ſint: manifeſtat cuꝫ ſubdit: ibi erit fletus ꝛ ſtridor dẽtium. Per metaphoram enim membrorum penas deſcribit tormentorum. Solent enim oculi fumo tacti lachrymas producere: dentes vero a nimio frigore ſtridere. oſtẽditur: ergo ꝙ reprobi in inferno ꝛ calorem intollerabilem ꝛ frigus ſuſtinebunt: ſm illud iob: Tranſient ab aquis niuium ad calorem nimium. HIERO. Si autem fletus oculorum eſt: ꝛ ſtridor dentium oſſa demonſtrat: vera eſt corporum ꝛ eorundem membrorꝫ que ceciderant reſurrectio. RABA. Vel ſtridor dentium prodit indignantis affectũ: eo ꝙ ſero vnuſquiſqꝫ peniteat: ſero ſibi iraſcatur: ꝙ tam pertinaci improbitate deliquit. REMI. Vel aliter. Tenebras exteriores appellat ceteras nationes. qꝫtum. n. ad hiſtoriaꝫ attinet: predicit dominus his verbis interitum iudeorum: quoniam propter infidelitatem ducendi erant captiui ꝛ diſpergendi per diuerſa regna terrarũ. fletus. n. ab igne ſolet fieri: ſtridor dentium a frigore. Illis ergo aſcribitur fletus: qui in calidioribus locis habitant: ſicut in india ꝛ ethiopia. Stridor vero dentium illis aſcribitur: qui in frigidioribus locis commorantur: ſicut ẽ Hircania ꝛ Scythia. CHRY. ſuper math. Ne quis autem exiſtimet blanditiarum eſſe hec verba: quia dictum erat: credere facit ſigna. vnde ſequitur. Et dixit ieſus centurioni. Vade ꝛ ſic credidiſti fiat tibi. RABA. Quaſi. d. ſm menſuram fidei metietur tibi ꝛ iſta gratia. Poteſt autẽ meritum domini etiam famulis ſuffragari: non ſolum merito fidei: ſed etiam ſtudio diſcipline. vnde ſeqꝭ. Et ſanatus ẽ puer ex illa hora. CHRY. in homi. Vbi velocitateꝫ admirare: neqꝫ. n. ſolum curare: ſed inopinate: ꝛ in momento temporis hoc facere: virtutem chriſti oſtẽdebat. AVGV. de ver. do. Sicut enim dominus domum centurionis corpore non intrauit: ſed abſens corpore: preſens maieſtate puerum ipſum ſanauit: ſic ꝛ in ſolo iudaico populo corpore fuit: apud alias gentes nec de virgine natus eſt: nec paſſus eſt: nec humana pertulit: nec diuina mirabilia fecit: ꝛ tamen impletum eſt quod dictum erat. Populus quem non cognoui ſeruiuit mihi: i auditu auris obediuit mihi. Iudea enim gens cognouit ꝛ crucifixit: orbis terrarum audiuit ꝛ credidit.

## ¶ Feria. vi. Mathei. v. cap.

AUdiſtis quia dictum eſt antiqs diliges proximuꝫ tuum: ꝛ odio habebis inimicum tuum. Ego autẽ dico vobis: diligite inimicos veſtros: benefacite his qui oderũt vos: ꝛ orate pro perſequentibus ꝛ calũniantibus vos: vt ſitis filij patris veſtri qui in celis eſt: qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos ꝛ malos: ꝛ pluit ſuper iuſtos ꝛ iniuſtos. Si eniꝫ diligitis eos qui vos diligunt: quam mercedẽ habebitis? Nonne ꝛ publicani hoc faciunt? Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantum: quid amplius facietis? Nonne ꝛ ethnici hoc faciunt? Eſtote ergo vos perfecti: ſicut ꝛ pater veſter celeſtis perfectus eſt.

GLO. Docuit dñs ſupra iniuriã inferẽti non eſſe reſiſtendũ: ſꝫ ad plura pferẽda paratũ eſſe: nunc aũt vlterius docet iniuriã īferentibus ipendendũ eſſe charitatis affectũ ſimul ꝛ effectũ. Et cũ pmiſſa ad cõplementuꝫ iuſticie legis ptineãt: ꝯueniẽter hoc vltimuꝫ ptinet ad ipletionẽ charitatis: q̄ ſm aplm eſt legis plenitudo. Dicit ergo: Audiſtis qꝛ dictũ ẽ: diliges ꝓximũ tuũ. AVGV. in primo de doc. xp̄ia. Qd̄ aũt nullũ hoīeꝫ excepit: q precepit ꝓximũ diligere: dñs i parabola ſe

minini relicti oſtendit dicens ꝓximum qui
erga illum extitit miſericors: vt cum intelli/
gamus ꝓximum cui exhibendum eſſet miſe
ricordie officium: ſi indigeret: quod nulli ne
gandum eſſe quis nō videat: domino dicen
te: Benefacite his qui oderunt vos. AV/
GV. de ſer. do. in monte: Gradum autē
eſſe in phariſeorum iuſtitia: que ad legē ve
terem pertineret: hinc itelligit̄ ꝙ multi etiam
eos a quibus diligunt̄ oderunt. Aſcēdit er/
go aliquem gradum: qui ꝓximum diligit: q̄ꝫ
uis adhuc oderit inimicum. vnde ad hūc de/
ſignandum ſubdit̄: Et odio habebis inimi/
cum tuum. Que vox nō eſt accipienda vt iu
bentis iuſto: ſed permittentis infirmo. AV
GV. contra fauſtum: Quero autē a mani
cheis cur proprium velint eſſe legis moyſi
qđ dictum eſt antiquis: oderis inimicum tu/
um: an ⁊ paulus non dixit homines quoſdā
deo odibiles? Querendum eſt ergo quomo/
do itelligat̄ exemplo dei cui dixit paul⁹ quoſ/
dam odibiles odio habēdos inimicos: ⁊ rur
ſus exemplo dei q facit ſolem ſuū oriri ſup
bonos ⁊ malos diligendos inimicos? Hec
itaqꝫ regula eſt qua ⁊ oderimus inimicū pro
pter id quod in eo malū ē. i. iniquitatē: ⁊ di
ligamus inimicum ꝓpter id quod in eo bo/
num eſt. i. rationalem creaturā. Audito igi
tur ⁊ nō intellecto quod antiquis dictū erat:
Oderis inimicum tuum. ferebant̄ homīes
in hoīs odium: cum nō deberent odire niſi
vitium. Hos ergo corrigit dn̄s cū ſubdit:
ego autem dico vobis: diligite inimicos ve/
ſtros. vt qui iam dixerat: Non veni ſoluere
legem: ſed implere: Precipiendo vtiqꝫ vt
diligamus inimicos: cogeret nos intelligere
quomodo poſſemus vnum eundēqꝫ homi/
nem ⁊ odiſſe ꝓpter culpam: ⁊ diligere pro/
pter naturam. GLO. Sed ſciendum eſt i
toto corpore legis non eſſe ſcriptum: Odio
habebis inimicum tuū: ſed hoc dicit̄ quantū
ad traditionem ſcribarum: quibus viſū eſt
hoc addendū: qꝛ dn̄s precepit filijs iſrael ꝑ/
ſequi inimicos ſuos: ⁊ delere amalech d̄ ſub
celo. CHRY. ſuper math. Sicut autem
quod dictum eſt: Non concupiſces. non di/
ctum eſt ad carnē ſed ad animā: ſic ⁊ in hoc
loco: caro quidē inimicū ſuum diligere non
pōt: anima aūt pōt: qꝛ dilectio vel odium car
nis in ſenſu eſt: aīe vero in intellectu. Quā
do ergo nocemur ab aliquo: ⁊ ſi ſentim⁹ odi
um: nō tamē exequi volumus: cognoſce qꝛ
caro noſtra odit inimicū: anima vero diligit.
GREGO. xxi. mora. Inimici autem di/
lectio tunc veraciter cuſtodit̄: cum nō de pro
fectu deijcimur: nec de ruina illius letamur.
Non enim amat aliquis quem nō vult eſſe
meliorē: cuiꝰ ſtantem voto perſequit̄: quem
cecidiſſe gratulat̄. Euenire tamē plerūqꝫ ſo/
let: vt nō amiſſa charitate ⁊ inimici nos rui/
na letificet: ⁊ rurſum eius gloria ſine inui/
die culpa contriſtet: cum ⁊ ruēte eo quoſdā
bene erigi credimus: ⁊ ꝓficiente illo pleroſ/
qꝫ iniuſte opprimi timeamus. Sed ad hoc
ſeruādum eſt diſcretionis examē: ne cū no
ſtra odia exequimur: fallamur ſub ſpecie vti
litatis aliene. Oportet etiam penſare qđ de/
bemus ruine peccatoris ⁊ quid iuſticie feriē
tis. nam cum peruerſum quēqꝫ omnipotēs
percutit. ⁊ cōgaudendum eſt iuſticie iudicis:
⁊ condolendū miſerie pereuntis. GLO.
Qui autem ſunt contra eccleſiam tribus mo
dis ei aduerſant̄: odio: verbis: cruciatu cor/
poris: econtra diligit. vnde dicitur: Diligite
inimicos veſtros: benefacite. ⁊c̄. vnde ſequi
tur: Benefacite his que oderunt vos. vnde
ſequit̄: Et orate pro perſequē. ⁊ cal. vos.
HIERO. Multi precepta dei imbecilli/
tate ſua: non ſanctorum viribus eſtimantes
impoſſibilia putant eſſe que precepta ſunt: ⁊
dicunt ſufficere virtutibus: non odiſſe inimi
cos. ceterꝫ diligere plus precipi q̄ꝫ humana
natura patiat̄. Sciendum eſt ergo chriſtum
non impoſſibilia precipere: ſed perfecta que
fecit dauid in ſaul ⁊ abſalon. Stephan⁹ quo
qꝫ martyr pro lapidantibus deprecatus eſt.
Et paulus anathema cupit eſſe pro perſecu/
toribus ſuis. Hoc autem ieſus ⁊ docuit ⁊
fecit dicens: Pater ignoſce illis. AVG.
in encheridion. Sed perfectorum ſunt iſta fi
liorum dei: quo qđē ſe debet oīs fidelis extē
dere ⁊ humanū animū ad hūc affectum oran
do deum: ſecūqꝫ luctando perducere. Tamē
hoc tam magnū bonū tāte multitudinis nō
eſt quātā credimus exaudiri: cū in oratione
dr̄: Dimitte nobis debita noſtra: ſicut ⁊ nos
di. debi. noſtris. AVGV. de ſer. do. in
mōte: Orit̄ aūt hec q̄ſtio ꝙ huic precepto dn̄i
quo nos hortat̄ orare pro inimicis: multe alie
ſcripture partes videntur aduerſe: qꝛ in ꝓphe/

tis inueniuntur multe imprecationes aduer
ſus inimicos: vt eſt illud: Fiāt filij eius pu/
pilli. Sed ſciendū ꝙ pphete ſolēt figura im/
pcātis futura pdicere. Sꝫ illud magis mo
uet qḋ dicit ioānes: Eſt autem peccatum ad
mortē non pro illo dico vt oret quis: aperte
enim oſtēdit eſſe aliquos fratres pro quibus
orare nobis nō precipit: per hoc qḋ premit/
tit: Siquis ſcit peccare fratrē ſuum ꝛc. cum
dn̄s etiaꝫ pro perſecutoribus nos iubeat ora
re. Nec iſta queſtio ſolui pōt niſi fateamur
aliqua peccata eſſe in fratribus que inimico
rum perſecutione ſunt grauiora. Nam ꝛ ſte
phanus orat pro eis a quibus lapidat: qꝛ nō
dum chriſto crediderāt. Et apoſtolus paulꝰ
nō orat pro alexādro qꝛ frater erat: ꝛ per inui
dentiam fraternitatem oppugnādo peccaue
rat. Pro quo aūt nō oras: iam nō cōtra illū
oras. Sed quid agimus de his contra quos
oratum a ſanctis accipimus nō vt corrigerē
tur: nam hoc modo pro ipſis potius oratum
eſt: ſed ad illā vltimam damnationē nō ſicut
cōtra dn̄i traditorē per pphetā: nā illa predi
ctio futuroꝝ nō optatio ſupplicij fuit. Sꝫ ſi/
cut in apocalypſi legimus martyres orare
vt vindicent: ſed hinc non oportet moueri.
Quis enim audeat affirmare vtrum cōtra
ipſos hoīes: an cōtra regnū peccati petierit?
Nā ipſa ꝛ iuſticie ꝛ miſericordie vidicta mar
tyrum vt euertat regnū peccati: quo regnan
te tanta perpeſſi ſunt. deſtruit autem partim
correctione hominū: partim damnatiōe per
ſeuerantiū in peccato. Nōne tibi videt pau/
lus in ſeipſo ſtephanum vindicaſſe cum di/
cit: Caſtigo corpus meum: ꝛ in ſeruitutē re
digo? AVGV. de queſt. no. ꝛ ve. teſta.
Vel anime occiſoꝝ clamāt vindicari ſe po/
ſtulantes: ſicut ſanguis abel clamauit de ter
ra nō voce ſed rōne. Nam ꝛ opus opificē
laudare dicit per hoc ipſum ꝙ videntē ſe ob
lectat. nō enim tam impatiētes ſūt ſancti vt
vrgeāt fieri qḋ ſciunt tēpore prefinito futuꝝ
CHRY. in ho. Vide autem quot gradꝰ
aſcendit: ꝛ qualiter nos in ipſam virtutis
verticem ſtatuit. Primus gradus eſt: nō in
cipere in iuſticiā ſecundus equalem nō vin/
dicari: tertius non facere vexanti que quis
paſſus eſt: quartus exponere ſeipſum ad pa
tiendum mala: quintus amplius ſe tribuere
ꝙ ille vult qui fecit mala: ſextus nō odio ha
bere eum qui hoc operat: ſeptimus diligere
octauus: benefacere: nonus pro ipſo orare.
Et quia magnum erat preceptum. preclarū
premiū ſubdit: ſcilicꝫ fieri ſimiles deo. vnde
dicit: Vt ſitis filij patris veſtri qui eſt in ce/
lis. AVGV. Siquis enim precepta dei
cuſtodiat: filius dei efficitur: ergo non in na
tura filius eſt: hic ſcilicet de quo loquitur ſed
arbitrio ſuo. AVGV. de ſer. do. in mon
te: Ex illa autem regula intelligendum ē qḋ
hic dicit: qua ꝛ ioānes dicit: Dedit eis pote
ſtatem filios dei fieri. Vnus enim naturali
ter filius eſt: nos aūt poteſtate accepta effici/
mur filij inquantum illa que ab eo precipiū/
tur implemus. Itaqꝫ nō ait: Facite iſta quia
eſtis filij: ſed facite iſta vt ſitis filij. Cuꝫ aūt
ad hoc vos vocat: ad ſimilitudinē ſuam vo/
cat. vnde ſequit: Qui ſolem ſuum facit oriri
ſup bonos ꝛ malos: ꝛ pluit ſup iuſtos ꝛ iniu
ſtos. Pōt aūt per ſolē itelligi nō iſte viſibi/
lis: ſed ille de quo dicit: Vobis qui timetis
nomē dn̄i: oriet ſol iuſticie: ꝛ per pluuiā irri
gatio doctrine veritatis qꝛ ꝛ bonis ꝛ malis
apparuit ꝛ euangelizatus eſt chriſtus. HY
LA. Vl' i baptiſmi ꝛ ſpūs ſacramēto tribu
it ſolē ꝛ pluuiā. AVGV. Vel pōt accipi
ſol iſte viſibilis ꝛ pluuia qua fructus gignū
tur: qꝛ iniqui in libro ſapiētie plangūt: Sol
nō ortus eſt nobis. Et de pluuia ſpirituali
dicitur: Mandabo nubibus meis ne plu/
ant ſuper eam. Sed ſiue hoc ſiue illud: ma
gna dei bonitate ſit que nobis imitāda preci
pit: nō aūt ſolū ait: Qui facit ſoleꝫ oriri: ſed
addidit: Suū. i. quē ipſe fecit vt hinc admo
neremur quāta liberalitate ex precepto eius
preſtare debemus: qḋ nō creamus ſꝫ ex mu
neribus eiꝰ accipimꝰ. AVGV. cōtra vin/
centiū: Sed ſicut iſta dona eiꝰ laudamus: ita
etiā flagella in eos quos diligit cogitemꝰ. vn̄
nō oīs qui pcit: amicꝰ eſt: nec oīs qui vberat
inimicꝰ. Melꝰ eſt eni cū ſeueritate diligere
ꝙ cū lenitate decipe. CHRY. ſup matth.
Caute aūt dixit: Sup iuſtos ꝛ iniuſtos: ñ ſup
iuſtos vt iniuſtos: qꝛ oia bona deus: nō pp
hoīes dat: ſed pp ſcōs: ſicut ꝛ flagella pp pec
catores: ſed in bonis nō ſeparat peccatores a
iuſtis: ne deſperēt: nec in malis iuſtos a pec
catoribus ne glorientur. Maxime cum ma/
lis bona nō proſint qui male viuētes ad pre
iudicium ſuum percipiunt nec bonis mala

noceāt: ſed magis proſint ad iuſticie lucruꝫ.
AVG. in li. i. de ci. dei. Nam bonus tē/
poralibus bonis nō extollitur: nec malis frā
gitur. Malus autem ideo huiuſmodi felici
tate punit̄: quia felicitate corrumpitur. Vel
ideo iſta temporalia bona ⁊ mala vtriſqꝫ vo
luit eſſe cōmunia: vt nec bona cupidius ap/
petantur: que mali habere cernūtur: nec ma
la turpiter euitentur: quibus ⁊ boni afficiūt̄.
GLO. Amare autē amātē nature ē: inimi
cū vo amare ē charitatis: ⁊ iō ſeqt̄: Si eni di
ligitis eos q vos diligūt: quā mercedē habe
bitis. ſ. in celo? nullam. de his enim dicitur:
Recepiſtis mer. veſtram. Sed tamen hec
oportꝫ facere: ⁊ illa nō omittere. RABA.
Si ergo peccatores erga dilectores ſuos ver
ſa vice volūt eſſe benefici: multo magis vos
maioris dilectionis ſignum amplecti debe/
tis: etiam nō amantes. vnde ſequit̄: Nōne
⁊ publicani hoc faciūt. i. qui publica vectiga
lia exigunt: vel qui publica negocia ſeculi vl'
lucra ſectantur? GLO. Si vero pro his
tantum oraueris: qui aliqua affinitate vobis
coniuncti ſunt: quid amplius habet benefici
um veſtrum q̄ꝫ infidelium? vnde ſequit̄: Et
ſi ſaluta. fratres ve. tantum. quid ampli⁹ fa/
cietis? Salutatio enim eſt quedam ſpecies
orationis. Nōne ethnici hoc faciunt? RA/
BA. i. gentiles: nā ethnos grece latine gēs
dicitur: qui tales ſunt vt fuerunt geniti ſcili
cet ſub peccato. REMI. Quia vero perfe
ctio dilectionis vltra dilectionem inimicorū
non poteſt procedere. ideo poſtq̄ꝫ dominus
precepit diligere inimicos: ſubiunxit: Eſto/
te ergo ⁊ vos perfecti: ſicut ⁊ pater veſter ce
leſtis perfectus eſt. Ipſe quidem perfectus
eſt vt omnipotens: homo autem vt ab om/
nipotente adiutus. nam ſicut: quādoqꝫ i ſcri
pturis pro veritate ⁊ equalitate accipitur: vt
ibi: Sicut fui cum moyſe ita ero ⁊ tecum. ali
quando autem pro ſimilitudine vt hic.
CHRY. ſuper matthe. Sicut enim filij
carnales ſimilant patres in aliquo corporis
ſigno: ita filij ſpirituales deum in ſanctitate.

¶ Attendite ne iuſticiam veſtram fa
ciatis coram hominibus vt videami-
ni ab eis: alioquin mercedem non ha-
bebitis apud patrem veſtrum qui in
celis eſt.

GLO. Poſtq̄ꝫ chriſtus legem quantū ad
precepta impleuit: incipit nūc eam adimple/
re quantum ad promiſſa vt pro celeſti merce
de precepta dei faciamus: non pro terrenis
que lex promittebat. Omnia autem terrena
ad duo potiſſima reducuntur. ſ. ad humanā
gloriam: ⁊ ad terrenorum affluentiam: quo
rum vtrūqꝫ in lege promiſſum eſſe videtur.
De gloria enim dicitur in deutro. Faciet te
dominus excelſiorem cunctis gentibus que
verſantur in terra. De affluentia vero tem
poralium ibidem ſubditur: Abundare te fa
ciet dominus in omnibus bonis. ⁊ ideo do
minus hec duo ab itentione fideliū excludit
ſcilicet gloriam ⁊ terrenorum affluentiam.
Sed ſciendum q appetitus glorie propinq/
us eſt virtuti. CHRY. ſuper mattheum.
Vbi enim res agitur glorioſa: ibi facilius i/
uenit locum gloriationis occaſio: ⁊ ideo intē
tionem glorie primo dominus excludit.
Pre omnibus enim vitijs carnalibus peri
culoſius hoc eſſe in hominibus itellexit. cū
enim omnia mala ſeruos diaboli vexēt: cō/
cupiſcentia vane glorie magis vexat ſeruos
dei q̄ꝫ ſeruos diaboli. AVGV. in lib. de
ſen. proſpe. Quas etiam vires nocendi ha/
beat humane glorie amor: nō ſentit niſi qui
ei bellum indixerit: quia etſi cuiq̄ꝫ facile eſt
laudem non cupere duꝫ negatur: difficile ta
mē eſt ea nō delectari cū offert̄. CHRY.
ſuper matthe. Intuere autem qualiter ince/
pit velut de fera aliqua difficile cognita di/
ſputans: ⁊ apta furari eum qui nō valde vi/
gilat: Occulte enim ingreditur ⁊ omnia que
intus ſunt inſenſibiliter aufert. CHRY.
in ho. Et ideo hoc cautius cauendum mādat
dicens: Attendite ne iuſticiam veſtram facia
tis coram hominibus. Cor autem noſtrum
attēdere debemus: inuiſibilis enim eſt ſer/
pens quē obſeruare iubemur: ⁊ latenter in/
greditur ⁊ ſeducit. ſꝫ in corde mūdo ſi furre
ptio inimici ſucceſſerit: mox hō iuſtus diſcer
nit: q ſpiritu alieno pulſat̄. Si aūt cor fuerit
iniquitatibus plenum: ſuggeſtionem diabo
li non facile intelligit. ⁊ ideo premiſit: Ne
iraſcaris: Ne concupiſcas ⁊c. quia qui ma/
lis iſtis ſubiectus eſt: cor ſuū nō pōt attēde/
re. Sꝫ quō pōt fieri vt nō corā hoīb⁹ elemo/
ſynā faciamus? aut ſi fiat quō nō ſentiem⁹?
Si eni preſente aliquo occurrerit paup: quō

dabitur ei abſconſe: ſed educendo eum in ſe
creto videtur quia datur. Sed conſidera qꝛ
non dixit: Ne tantum coꝛam hominibus fa
ciatis. ſꝫ addidit: Ut videamini ab eis. Qui
ergo nō ideo facit vt ab hominibus videat:
⁊ ſi coꝛam hominibus fecerit: non tamen co
ram hominibus feciſſe videtur. qui enim ali
quid facit propter deum: neminem vidit in
coꝛde ſuo niſi deum: propter queꝫ facit: ſicut
artifex cum ſemper habet pꝛe oculis: qui ſibi
opus faciendꝫ cōmiſit. GREGO. Si
ergo dantis gloꝛiam querimus: ⁊ publicata
noſtra opera in conſpectu illius occulta ſer-
uamus. ſi vero per hoc noſtram laudem cō-
ſpicimus: foꝛas ab eius conſpectu iam fuſa
ſunt: etiam ſi a multis ignoꝛentur. ſed valde
perfectoꝛum eſt ſic oſtenſo opere actoꝛis glo
riaꝫ querere: vt de illata laude: pꝛiuata neſci
ant exultatione gaudere: quam infirmi quia
perfecte contemnendo non ſuperant: neceſſe
eſt vt bonum quod operantur abſcondant.
AVG. de ſer. do. in monte. In hoc vero
ꝙ dicit: Ut videamini ab eis. nihil addens:
apparet hoc eum pꝛohibuiſſe vt ibi fineꝫ no
ſtri pꝛopoſiti collocemus. nam ⁊ apoſtolus
qui dicit: Si adhuc hominibꝰ placerem: chꝛi
ſti ſeruus non eſſem. Alio loco dicit: Ego
omnibus per omnia placeo. Quod nō ideo
facit: vt placeret hominibus: ſed deo: ad cu-
ius amoꝛem coꝛda hominuꝫ volebat conuer
tere ex eo quod eis placebat: Sicut non ab-
ſurde loqueretur qui diceret: In hoc ope quo
nauem quero: non nauem quero. ſed patri-
am. AVG. de ſermo. do. Dicit auteꝫ: Ut
videamini ab eis. qꝛ ſunt quidam qui ſic fa-
ciunt iuſticiam coꝛam hominibus vt non vi
deantur ab eis: ſed vt ipſa opera videātur:
⁊ gloꝛificetur pater qui in celis eſt: non enim
ſuam iuſticiam deputant: ſed eius cuius fide
viuūt. AVG. de ſer. do. ī monte: In hoc
etiam quod addit: Alioquin mercedem non
habebitis apud patrem veſtrum qui in celis
eſt: nihil aliud demonſtrat: niſi illud nos ca-
uere opoꝛtere ne humanam laudem pꝛo no-
ſtroꝛuꝫ operꝫ mercede q̄ramus. CHRY.
ſuper matth. Quid autem a deo recipies: q
deo nihil dediſti? Nam quod propter deum
fit: deo datur: ⁊ ab eo recipitur. quod autem
propter homines fit: in ventos effunditur.
Que eſt autē ſapientia res dare ⁊ verba va
cua comparare: ⁊ mercedeꝫ dei contemnere?
Uel illum aſpice a quo laudem expectas: q
te propter deum facere putat: alioquin vitu-
peraret te magis. Ille auteꝫ qui plena quidē
volūtate propter homines facit: ille propter
homines feciſſe videtur. Si autem per alicu
ius coꝛ cogitatio vana aſcendit deſiderās ho
minibus apparere: anima auteꝫ intelligens
contradicit: ille non propter homineꝫ feciſſe
videtur: quia quod cogitauit paſſio carnis ē:
quod eligit iudicium anime.

¶ Cum ergo facis elemoſynam: no
li tuba canere ante te: ſicut hypocrite
faciunt in ſynagogis ⁊ vicis vt honoꝛi
ficentur ab hominibus. Amē dico vo
bis receperunt mercedem ſuam. Te
autem faciem te elemoſynā: neſciat ſini
ſtra tua quid faciat dextera tua: vt ſit
elemoſyna tua in abſcōdito: ⁊ pater tu
us qui videt in abſcōdito reddet tibi.

AVG. de ſer. do. in monte. Generaliter
ſupꝛa dominus iuſtitiam nominauit cum di
xit: Attendite ne iuſtitiam veſtram ⁊c̄. nunc
autem per partes exequitur. CHRY. ſu-
per matth. Ponit. autem tria foꝛtia bona. ſ.
elemoſynam: oꝛationem: ⁊ ieiunium: contra
tria mala: aduerſus que dominus tētationis
bellum ſuſcepit: pugnauit. n. pꝛo nobis con
tra gulam in heremo: contra auaritiaꝫ ſupꝛa
montem: contra vanam gloꝛiam ſupꝛa tem-
plum. Eſt ergo elemoſyna que diſpergit: cō
tra auaritiam que congregat: ieiunium con-
tra gulam: quia eſt ei contrarium: oꝛatio ve-
ro contra vanam gloꝛiam: quia cū omne ma
lum ex malo naſcatur: ſola vana gloꝛia ꝺ bo
no procedit: ideo non deſtruitur per bonuꝫ:
ſed magis nutritur. nullum ergo remedium
poteſt eſſe contra vanam gloꝛiam niſi oꝛatio
ſola. AMBRO. Omnis autem ſenten-
tia diſcipline chꝛiſtiane in miſericoꝛdia ⁊ pie
tate eſt: ⁊ ideo ab elemoſyna incipit dicens:
Cum ergo facis elemoſynam noli tuba ca-
nere ante te. GLO. Tuba auteꝫ eſt omnis
actus vel ſermo per quem operis iactantia ꝺ
monſtratur: puta qui facit elemoſynam quā
do aliquem videt pꝛeſentem: vel intercedēn
te aliquo: aut honeſtioꝛi perſone que poteſt
retribuere: alias autem non facit. Sed ⁊ ſi i

loco ſecreto fecerit: eo propoſito vt laudabi/
lis videatur: tuba eſt. AVG. Sic ergo qđ
dicit: Noli tuba canere ante te: ad hoc reſpi/
cit quod ſuperius ait: Attendite ne iuſtitiam
veſtram faciatis co. ho. HIERO. Qui
autem tuba canit elemoſynam faciens hypo
crita eſt. Et ideo ſubdit: Sicut hypocrite fa/
ciunt. ISIDO. Nomen hypocrite tractuꝫ
eſt a ſpecie eorum qui in ſpectaculis contecta
facie incedunt diſtinguentes vultum vario
colore: vt ad perſone quam ſimulant coloreꝫ
perueniant: modo in ſpecie viri: modo in fe
mine vt fallant populum duꝫ in ludis agūt.
AVG. de ſer. do. in mōte: Sicut ergo hy
pocrite. i. ſimulatores tanq̄ꝫ imitatores per/
ſonarum aliarum agunt partes illius quod
non ſunt. non. n. qui agit partes agamēno/
nis: vere ipſe eſt: ſed ſimulat eum: ſic ⁊ in ec
cleſijs i omni vita humana quiſquis ſe vult
videri quod non eſt: hypocrita eſt. Simulat
n. ſe iuſtum ⁊ non exhibet: qui totum fructū
in laude hominum ponit. GLO. Et ideo
ſubdit loca publica cum dicit: In ſynagogis
⁊ vicis. Et finem intentum cum ſubdit: Vt
honorificēt ab hominibus. GREGO.
xxxij. mora. Sciendum vero eſt ꝙ ſunt non
nulli: qui ⁊ ſanctitatis habitum tenent: ⁊ per
fectionis meritum exequi non valent: quos
nequaquam credendum eſt inter hypocrita/
rum numerum currere: quia aliud eſt infir/
mitate: aliud callida ſimulatione peccare.
AVG. de ſer. do. in monte. Tales autem
qui ſimulatione peccāt: ab inſpectore cordis
deo mercedem non capiunt: niſi fallacie ſup
plicium ⁊ ideo ſubditur: Amen dico vobis
receperunt mercedem ſuam. HIERO.
Non dei mercedem: ſed ſuam. Laudati. n.
ſunt ab hominibus: quorum cauſa exercue/
re virtutes. AVGV. de ſer. do. in mon/
te: Hoc autem reſpicit ad illud quod ſupra
poſuit: Alioquin mercedem non habebitis
apud patrem veſtrum. Sic ergo non quo/
modo illi elemoſynam facias: ſed quomodo
facienda ſit iubet conuenienter cuꝫ dicit: Te
auteꝫ faciente ele. neſ. ſini. tua: quid fa. dex.
tua. CHRY. in ho. Hoc autem per ſu/
perabundantiam dicitur: ac ſi dicat: Si poſ/
ſibile eſt teipſum ignorare: ⁊ ipſas manus
latere poſſibile eſſet ſtudioſiſſimum eſt tibi.
CHRY. ſuper matth. Apoſtoli autem in
terpretantur in li. canonum ſic: Dextera eſt
populus chriſtianus: qui ē ad dexteram chri
ſti. Siniſtra autem eſt omnis populus qui ē
ad ſiniſtrā. Hoc ergo dicit ne chriſtiano ele
moſynam faciente que eſt dextera infidelis
aſpiciat qui eſt ſiniſtra. AVG. de ſer. do.
in monte: Sed ſm̄ hoc videbitur nulla eſſe
culpa velle placere fidelibus: cum tamen in
quorūlibet hominum laudē finem boni ope
ris conſtituere prohibeamur. Vt autē te imi
tentur quibus facta tua placuerint non tm̄ fi
delibus: ſed etiam infidelibus exhibendum
eſt. Si autem vt alij dicunt: ſiniſtram inimi
cum putaueris: vt neſciat inimicus tuus cuꝫ
elemoſynam facis: cur ipſe dominus inimi
cis iudeis circunſtantibus miſericorditer ſa
nauit homines? Deinde quomodo cuꝫ ipſo
inimico faciemus: vt illud impleamus pre/
ceptuꝫ: Si eſurierit inimicus tuus ciba illū.
Tertia opinio eſt ridenda eoruꝫ qui dicunt:
ſiniſtre nomine vxorem ſignificari: vt quo/
niam in re familiari tenaciores pecuniarum
ſolent eſſe femine: lateat eas cum aliquid vi/
ris alienis impendunt propter domeſticas
lites. Non autem ſolis viris hoc preceptum
datum eſt: ſed etiam feminis. cui ergo ſini/
ſtre iubetur femīa occultare opus miſericor/
die ſue? an etiam vir ſiniſtra erit femine? qđ
ſi quiſpiam putat: cum preceptum ſit talibus
vt ſe inuiceꝫ bonis moribus lucrifaciant: nō
ſibi debēt occultare bona opera ſua: nec fur/
ta faciēda ſunt vt promereatur deus ꝙ ſi oc/
cultandum eſt aliquid q̄ꝫdiu alterius infirmi
tas id equo animo nō poteſt ſuſtinere: q̄ꝫuis
non illicite fiat: non tamen femina per ſini/
ſtram ſignificari, facile apparet totius capitu
li ſignificatione. Et etiam quam ſiniſtraꝫ vo
cet: quod. n. in hypocritis culpatuꝫ eſt: ꝙ. ſ.
laudes hominum querunt: hoc tu facere ve/
taris. quapropter ſiniſtra videtur ſignificare
delectationem laudis: dextera autem ſignifi
cat intentionem implendi precepta diuina.
Cum ergo conſcientie facientis elemoſynā
miſcet ſe appetito laudis humane: fit ſiniſtra
conſcia dextre. Neſciat ergo ſiniſtra. i. non
ſe miſceat conſcientie tue laudis humane ap
petitio. Dominus autem noſter multo ma/
gis prohibet ſolam ſiniſtram in nobis ope/
rari: q̄ꝫ eam miſceri operibus dextre. Quo
autem fine hoc dixerit: oſtendit cum ſubdit:

Ut ſit elemoſyna veſtra in abſcondito. i. in
ipſa bona conſcientia: que humanis oculis
demonſtrari non poteſt: nec verbis aperiri
qñ quidez multi multa mentiuntur. Sufficit
autem tibi ad promerendum premium ipſa
conſcientia: ſi ab eo expectas premium: qui
ſolus conſcientie inſpector eſt. Et hoc eſt qđ
ſubditur: Et pater tuus qui vi. i abſcon. red
det tibi. Multa latina exẽplaria habẽt: Red
det tibi palam. CHRY. ſuper matth. Im
poſſibile eſt. n. vt opus bonum hominis in
abſcondito dimittat deus: ſed in hoc ſeculo
manifeſtat ⁊ illo glorificat: quia gloria dei ẽ:
ſicut ⁊ diabolus manifeſtat malũ: in quo ma
licie eius virtus oſtenditur. Proprie autem
publicat deus omne bonuz in ſeculo illo: cu
ius bona non ſunt cõmunia bonis ⁊ malis.
Ideo cuicunqz illic benefecerit deus: mani/
feſtum eſt: qꝛ pro mercede iuſticie ſue meru/
it illud. Merces autem iuſticie in hoc ſecu/
lo manifeſta non eſt: qꝛ hic non ſolum boni
ſed etiam mali ſunt diuites. AVGV. de
ſer. do. in monte: Sed in grecis exemplari/
bus que propria ſunt non inuenimus Pa/
lam. CHRY. in homi. Si ergo vis habe
re inſpectores eorum que facis: ecce habes ñ
ſolum angelos aut archangelos: ſed deum
vniuerſorum.

¶ Cum oratis non eritis ſicut hypo
crite qui amant in ſynagogis ⁊ in an/
gulis platearum ſtantes orare: vt vide
antur ab hominibus: amẽ dico vobis
receperunt mercedem ſuã. Tu autem
cum oraueris: intra in cubiculum tu/
um. ⁊ clauſo oſtio tuo ora patrem tuũ
in abſcondito: ⁊ pater tuus qui videt i
abſcondito reddet tibi.

CHRY. ſuper matth. Salomon dicit an
te orationem prepara animam tuam. Quod
quidem facit qui faciens elemoſynam venit
ad orationem: bona. n. opera excitant fidem
cordis ⁊ dant confidentiam anime apud de/
um orandi. Ergo elemoſyna preparatio eſt
orationis: ⁊ idem dominus poſt elemoſynã
conſequenter de oratione nos inſtruit. AV
GV. de ſer. do. in monte: Non autem hoc
monet nunc vt oremus ſed quomodo oremꝰ:
ſic nec ſuperius vt faciamus elemoſynam:
ſed quo animo faciamus. CHRY. ſuper
matth. Eſt autem oratio quaſi quoddam ſpi
ritale tributum quod anima offert deo de vi
ſceribus ſuis. Quanto ergo glorioſior eſt tã
to cautior eſt ſeruanda: ne propter homines
facta vileſcat: ⁊ ideo dicit: Cum oratis non
eritis ſicut hypocrite. CHRY. i ho. Hy/
pocritas vocat: qui deum ſe fingentes orare
homines circunſpiciũt. ⁊ ideo ſubdit: Qui
amant in ſynagogis orare. CHRY. ſup
matth. Puto autez non ad locum hoc refer
ri quod ait dominus: ſed ad propoſitum orã
tis: in conuentu. n. fidelium orare laudabile
eſt: ſicut dictuz eſt: In eccleſiis benedicite de
um. Qui ergo ſic orat vt ab hominibus vi/
deatur: non deum aſpicit ſed homines. ⁊ iđ
quantum ad propoſitum ſuum in ſynagoga
orat. Cuius autem orantis mens ſoluz aſpi
cit deum: quamuis in ſynagoga oret: tamen
apud ſe i ſecreto videtur orare. Sequit: Et
in angulis platearum: vt videantur abſcon/
ſe orare: Et ſic dupliciter laudantur: ⁊ quia
orant: ⁊ quia abſconſe orant. GLO. Uel
anguli platearum ſunt vbi via per tranſuer
ſum vie ducit: ⁊ q̃driuiũ reddit. CHRY.
ſuper matth. Eo ergo propoſito in conuen/
tu vetat orare vt a conuentu videatur vnde
ſubditur: Ut videant ab hominibus. Orãs
ergo nihil nouum faciat quod aſpiciant ho/
mines: vel clamando vel pectus percutien/
do vel manus extendendo. AVGV. de
ſer. do. Non autem videri ab hominibꝰ ne
fas eſt: ſed ideo hoc agere vt ab hominibus
videaris. CHRY. in ho. A vana. n. glo
ria vbiqz erui bonum eſt: maxime autem in
oratione: ſi. n. in hoc cogitationibus circun/
ferimur. ſi ad orandum ingreſſi fuerimus:
hanc habentes egritudinem: qualiter intelli/
gemus ea que a nobis dicitur. AVGV.
de ſer. do. Sic etiam fugiendum eſt homi/
num ſcientiam: ſi hoc animo aliquid fiat vt
fructus expectetur placendi hominibus vn/
de ſubditur: Amen dico vobis receperunt
mercedem ſuam. CHRY. ſuper matth.
Unuſquiſqz. n. vbi ſeminat: ibi metit. Un
de qui propter homines orant non propter
deum: ab hominibus non a deo laudantur.
CHRY. in ho. Dicit autem: Receperũt.
quia deus retributionem que eſt ab ipſo tri/

biuere vellet: illi autẽm eam que eſt ab homi/
nibus vſurpant. Quomodo autem orandū
ſit ſubiungit dicens: Tu autem cum ora. in/
tra in cubi. tuum: ⁊ clau. oſtio ora pa. tuum i
abſcondito. HIERO. Hoc ſimpliciter i
tellectum erudit auditorem vt vanam orādi
gloriaꝫ fugiat. CHRY. ſuper math. Vt
nemo ſit ibi niſi ille qui orat: ⁊ illuꝫ quẽ orat.
Teſtis. n. orantẽ grauat: non adiuuat. CY
PRI. de oratione dominica: In abditis eti
am locis orare magis conuenit fidei: vt ſcia/
mus dominum vbiqꝫ eſſe preſentem ⁊ ma/
ieſtatis ſue plenitudine occulta penetrare.
Poſſumus etiam intelligere ⁊ oſtiuꝫ domꝰ
os corporis: vt nō clamoſa voce oremus de/
um: ſed tacito corde propter tria. Primo qꝛ
deus non voce clamoſa pulſandus eſt: ſꝫ cō
ſcientia recta placandus: qui eſt cordis audi/
tor. Secundo quia ſecretas orationes tuas ñ
oꝫ alterum ſcire: niſi te ⁊ deum. Tertio quia
clamoſe orans alterum iuxta te non permit/
tis orare. EX COLLA. Cum ſummo
etiam eſt orandū ſilentio: vt ipſos quoqꝫ ini
micos noſtros: qui orātibus nobis maxime
inſidiantur: lateat noſtre petitionis intentio.
AVGV. de ſer. do. ī monte: Vel per cu
bicula noſtra ſunt intelligenda corda noſtra:
de quibus dicitur: Que dicitis in cordibus
veſtris: ⁊ in cubilibus veſtris compungimi
ni. Oſtiū eſt carnalis ſenſus: foris ſunt om
nia temporalia: que per ſenſum cogitatōnes
noſtras penetrant: ⁊ turba vanorū phantaſ/
matum orantibus obſtrepunt. CYPRI.
de oratione dominica: Que autem ſegnitia ē
alienari ⁊ capi ineptis cogitationibus ⁊ pro/
phanis cum dominuꝫ deprecaueris: quaſi ſit
aliud quod magis debeas cogitare q̃ꝫ cū deo
loquaris. Quomō te audiri a deo poſtulas:
cum teipſum non audias: hoc eſt ab hoſte ñ
cauere: hoc eſt deuꝫ negligentia orationis of
fendere. AVGV. de ſer. domini: Clau/
dendum eſt ergo oſtium. i. carnali ſenſui re/
ſiſtendum: vt oratio ſpiritualis dirigatur ad
patrẽ: que ſit in intimis cordis vbi oratur pa
ter in abſcondito. vnde ſequitur: Et pater tu
us qui videt in abſcondito reddet tibi. RE
MI. Et eſt ſenſus: Sufficiat tibi vt ille ſolꝰ
nouerit tuam orationem qui omnium corda
nouit occulta: quia ipſe qui eſt inſpector erit
exauditor. CHRY. in ho. Non autem di
xit: Gratis dabit ſed reddet tibi. Etenim de
bitorem ſeipſum tibi conſtituit.

## ¶ Sabbato. Marci. vi. cap.

CUꝫ ſero eſſet erat nauis
in medio mari: ⁊ ipſe ſolꝰ
in terra. Et videns eos
laborantes in remigādo:
erat. n. ventus contrariꝰ
eis: ⁊ circa quartam vigiliaꝫ noctis ve
nit ad eos ambulans ſupra mare: ⁊ vo
lebat preterire eos. At illi vt viderūt
eum ambulantem ſupra mare: putaue
runt fantaſma eſſe, ⁊ exclamauerunt:
Omnes. n. viderunt eum: ⁊ conturba/
ti ſunt. Et ſtatim locutus eſt cum eis
⁊ dixit eis: Confidite: Ego ſum. No
lite timere: Et aſcendit ad illos in na/
uim: ⁊ ceſſauit vẽtus. Et plus magis
intra ſe ſtupebant. Nō. n. intellexerāt
de panibus. Erat. n. cor eorum obce/
catum.

THEO. Permiſit autem dominus peri
clitari diſcipulos vt patientes fierent. vnde
non ſtatim eis aſtitit: ſed per totam noctẽ pe
riclitari permiſit: vt doceret eos patienter ex
pectare: ⁊ non a principio ſperare in tribula
tionibus ſubſidium. Sequitur. n. Et vidẽs
eos labo. in remi. erat enim ventus contrari
us eis: ⁊ circa quartam vigi. noctis venit ad
eos amb. ſuper ma. CHRY. Quattuor
vigilias noctis dicit ſacra ſcriptura: vnam/
quamqꝫ diuidens in tres horas. vnde quar/
tam vigiliam dicit: que eſt poſt horam nonā
ſ. in hora. x. vel poſteriori hora. Sequit: Et
vo. prete. AVGV. de cō. euan. Quomo
do autem hoc intelligere potuerunt: niſi quia i
diuerſum ibat: eos volens p̄terire tamq̃ꝫ alie
nos a quibus ita non agnoſcebatur: vt fan/
taſma putaretur. Sequitur. n. At illi vt vi.
eum am. ſupra ma. pu. fan. eſſe: ⁊ exclama.
oẽs eniꝫ cū vide. ⁊ contur. ſunt. THEO
PHI. Vide aūt qm̄ cū chriſtus debat corū
picula compeſcere: tunc maiorem eis incuſſit

timorem. Sed ſtatim per vocem confortauit eos. Sequitur enim. Et ſtatim locutus eſt cum eis: ⁊ dixit eis: Confidite: ego ſum no. time. CHRY. Statim autem in voce cognouerunt eum ⁊ timor ſolutꝰ eſt. AVG. de con. euan. Quomodo ergo eos volebat preterire: quos pauentes ita confirmat: niſi q2 illa voluntas pretereundi ad eliciendū illum clamorem valebat: cui ſubueniri oportebat. BEDA. Scripſit autem Theodorus ſaratanus quondā epiſcopus: corporale pōdus non habuiſſe dominum ſm carnem: ſ3 abſq3 pondere ſuper mare ambulaſſe: ſed fides catholica pondus ſm carnem habere eū predicat. Ait enim Dionyſius. Ignoramus qualiter non infuſis pedibus corporale pondus habentibus ⁊ materiale onus: deambulat in humidam ⁊ inſtabilem ſubſtantiam.

THEO. Deinde per introitum in nauiculam dn̄s compeſcuit tempeſtatem. Sequitur enim. Et aſcē. ad ill. in na. ⁊ ceſ. ventꝰ. Magnum quidem miraculū eſt ꝙ ambulat dominus ſuper mare: ſed tempeſtas ⁊ venti cōtrarietas oppoſita fuerūt ꝑpter maius miraculū. Apoſtoli eni3 ex miraculo quinq3 panum nonītelligentes chriſti potentiā: nunc ex maris miraculo plenius cognouerūt. vnde ſequit᷑: Et plus intra ſe ſtupebant. Non enim intelle. de panibus. BEDA. Stupebant quidem carnales adhuc diſcipuli virtutum magnitudinem: necdum tamē in eo veritate3 diuine maieſtatis cognoſcere valebāt. vnde ſequit᷑: Erat enim cor eorum obcecatū. Myſtice autem labor diſcipulorum in remigando ⁊ ventus contrarius: labores ſancte eccleſie deſignat: que inter vndas ſeculi aduerſantes: ⁊ īmundorum flatus ſpirituum: ad quietem patrie celeſtis peruenire conant᷑. Bene autem dicitur: quia nauis erat in medio maris: ⁊ ipſe ſolus in terra: q2 nōnūquā eccleſia tantis gentiliū preſſuris afflicta ē: vt redemptor ipſius eam prorſus deſeruiſſe videretur. Sed videt dominus ſuos laborātes in mari: quia eos ne in tribulationibꝰ deficiant: ſue reſpectu pietatis corroborat: ⁊ aliquando manifeſto adiutorio liberat. Quarta autem vigilia venit ad eos diluculo appropinquante: quia homo mentem cum ad ſuperni lumen preſidij erexerit: aderit dominus ⁊ tētationū ꝑicula ſopient᷑. CHRY. Vel prima vigilia eſt vſq3 ad diluuium: ſecunda vſq3 ad moyſen: tertia vſq3 ad aduentum domini: in quarta venit dominus ⁊ diſcipulis locutus eſt. BEDA. Sepe autem fideles in tribulatione poſitos: ſuperna pietas deſeruiſſe viſa eſt: vt quaſi laborantes in mari diſcipulos preterire ieſus voluiſſe putaret. Adhuc autem heretici putāt fantaſma fuiſſe dominum: nec veram aſſumpſiſſe carnem de virgine. HIERO. Dicit autem eis: Confidite: ego ſum: quia videbimus eū ſicuti eſt. Ceſſauit autem ventus ⁊ ꝓcella ieſu ſedente .i. regnāte in naui que eſt vniuerſa eccleſia. BEDA. In quocūq3 etiā corde per gratiam ſui adeſt amoris: mox vniuerſa vitiorum ⁊ aduerſantis mūdi ſiue ſpirituum malignorum bella compreſſa quieſcunt.

¶ Et cum tranſfretaſſent venerunt in terram genezareth: ⁊ applicuerunt. Cūq3 egreſſi eſſent de naui continuo cognouerunt eum: ⁊ percurrentes vniuerſam regionem illā ceperunt in grabatis eos qui ſe male habebant circūferre vbi audiebant eum eſſe. Et quocunq3 introibat in vicos vel in villas aut in ciuitates: in plateis ponebant infirmos: ⁊ deprecabantur eum vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent. Et quotquot tangebant eum ſalui fiebant.

GLO. Quia euangeliſta expoſuerat periculum quod diſcipuli in nauigando ſuſtinuerant: ⁊ quomodo fuerant liberati: nunc oſtendit quo nauigando peruenerint: dicēs: Et cum tranſfre. perue. in terram gene. ⁊ applicuerunt. THEO. Poſt magnum autem ſpatium temporis ad predictum locum dominus tranſfretauit. Et ideo euangeliſta ſubdit: Cunq3 egreſſi eſſent. de naui cōtinuo cognouerunt eum ſcilicet incole. BEDA. Cognouerunt autem eum rumore non facie: vel pro ſignorum magnitudine ⁊ vultu plurimis notus erat. Vide autem quanta fides ſit hominum terre genezareth: vt non preſentium tantum ſalute contenti ſint: ſed mittant ad alias per cir-

cuitum ciuitates: quo omnes currant ad me
dicū. vnde ſequitur: ⁊ percur. vniuer. regi.
illam: ceperūt in graba. illos qui ſe male ha-
bebāt circūferre vbi audi. cū eſſe. THEO
PHI. Non. n. ad domos inuitabant eum
vt curaret: ſed magis ipſi male habentes aſ-
ferebantur ad eum. vnde etiaꝫ ſequitur: Et
quocunqꝫ introi. in vicos aut in vil. aut in ci
ui: in plateis ponebant infirmos ⁊ depreca.
eum: vt vel fimb. veſti. eius tangerent. Mi
raculum. n. quod circa mulierē emorroiſſaꝫ
contigerat: ad aures multorum deuenerat: ⁊
multam fidem eis dabat ex qua ſanabantur.
Sequitur. n. Et quotquot tangebant eum:
ſalui fiebant. BEDA. Myſtice autem fim
briam veſtimenti eius minimum mandatuꝫ
intellige: quod quicunqꝫ trāſgreſſus fuerit:
minimus vocabitur in regno celorum: vel
aſſumptionem carnis per quaꝫ venimus ad
verbū dei: ⁊ illiꝰ poſtea fruimur maieſtate.
HIERO. Qđ autem dicitur: Et quot-
quot tangebant eum: ſalui fiebant: implebiť
quando fugiet dolor ⁊ gemitus.

¶ Dominica prima i. xl. Mathei
iiij. cap.

DUctus eſt ieſus in deſer
tum a ſpiritu vt tentare-
tur a diabolo. Et cum ie
iunaſſet quadraginta die
bus ⁊ quadraginta nocti
bus: poſtea eſuriit.
CHRY. ſuper matth. Poſtqꝫ baptizatꝰ
eſt dominus a ioanne in aqua: ducitur a ſpi-
ritu in deſertum vt baptizaretur igne tenta-
tionis. vnde dicitur. Jeſus ductus eſt in de
ſertum a ſpiritu. Tunc. ſ. quando pater cla-
mauit de celo. Hic eſt filius meus dilectus.
CHRY. i ho. Quiſquis ergo poſt baptiſ
mum maiores ſuſtines tentationes non tur
beris: etenim propter hoc accepiſti arma: vt
non vaces: ſed vt prelieris. Ideo autem ten
tationem a te deus non prohibet. primum q
dē vt diſcas: quoniā multo factus es fortior
deinde vt magnitudine donoꝝ nō extollaris
tertio vt diabolus experiētia cognoſcat ꝙ ꝑ-
fecte ab eo abſceſſiſti: q̄rto vt per hoc fortior
reddaris. q̄nto vt crediti tibi theſauri ſignū
accipias. neqꝫ eni diabolus ſupueniret tibi
ad tentandū niſi te in maiori honore effectū
videret. HYLA. In ſcificatis. n. maxime
diaboli tentamenta craſſantur: quia victoria
ei eſt magis optata de ſanctis. GRE. i ho.
Dubitari autem a quibuſdaꝫ ſolet: a quo ſpi
ritu ſit ductus ieſus in deſertuꝫ: propter hoc
quod ſubditur Aſſumpſit eum dia. in ſan. ci
ui. Sed vere ⁊ abſqꝫ vlla queſtione conueni
enter accipitur vt a ſpirituſancto ductus eſſe
credatur: vt illuc euꝫ ſuus ſpiritus duceret:
quo hunc ad tentandum ſpiritus malignus
inueniret. AVG. in. iiij. de tri. Cur ſeipſuꝫ
quoqꝫ tentandum prebuit: vt ad ſuperādas
tētationes mediator eſſet: nō ſolū ꝑ adiutori-
uꝫ: verū ēt ꝑ exēplū. CHRY. ſuꝑ matth.
Eſt āt ductus a ſpūſcō: nō quaſi minor ma-
ioris ꝓcepto. non. n. ſolū ductus dr̄ q alicuiꝰ
poteſtate ducit̄: ſꝫ ēt ille q alicuiꝰ rōnabili ex
hortatiōe placat̄: ſicut ſcriptū eſt de Andrea
ꝙ inuenit Simonē fratrē ſuū ⁊ adduxit euꝫ
ad ihm. HIE. ſuꝑ mat. Ducit̄ aūt non in-
uitus aut captus: ſed voluntate pugnandi.
CHRY. Ad homiēs. n. diabolus vadit:
vt tentet eos. qm̄ aūt aduerſus xp̄m diabolꝰ
ire non poterat: iō contra diabolū xp̄s ꝓceſ-
ſit. vn̄ dr̄. Vt tēta. a dia. GRE. in ho. Sꝫ
ſciendū nobis eſt. q: tribus modis tentatiōe
agit̄: ſuggeſtiōe: delectatiōe: ⁊ ↄſenſu. ⁊ nos
cū tentamur plerūqꝫ in delectatiōe: aut in cō-
ſenſu labimur: q: de carnis peccato propaga
ti in nobiſipſis etiam gerimus vnde certami
na toleramus. Deus vero qui in vtero vir-
ginis incarnatus in mundo ſine peccato ve-
nerat: nihil contradictionis in ſemetipſo to-
lerabat. Tentari ergo per ſuggeſtionem po
tuit: ſed eius mentē peccati delectatio nō mo
mordit: atqꝫ ideo oīs diabolica illa tētatio fo
ris: non intus fuit. CHRY. in ho. Tunc
aūt maxime inſtat diabolus ad tentandum:
cum viderit ſolitarios. vnde ēt i ꝓncipio mu
lierē tentauit ſine viro eā inueniens: vnde
⁊ ſic ꝑ h̄ ēt diabolo datur occaſio tentandi ꝙ
ducit̄ in deſertū. GLO. Hoc deſertum eſt
inter hierl'm ⁊ hierico vbi morabantur latro
nes: q locus vocat̄ dorohin. i. ſanguinis ꝑꝑ
effuſionē ſanguinis quam ibi latrones facie
bant. vn̄ ⁊ hō cū deſcēdiſſet a hierl'm i hieri-
cho: icidiſſe dr̄ in latrones gerens figuram

ade qui a demonibus victus eſt. Coueniēs
ergo fuit: vt ibi xp̄s diabolū ſuperaret: vbi
diabolus hominem ſub figura ſuperaſſe di/
ctus eſt. CHRY. ſuper matth. Non ſolū
autem xp̄s ductus eſt in deſertum a ſpiritu:
ſed ⁊ omnes filij dei habentes ſpiritumſan/
ctum. non enim ſunt contenti ſedere ocioſi:
ſed ſpiritusſanctꝰ vrget eos aliquid magnū
apprehendere opus: quod eſt ire in deſertuʒ
q̄ʒtum ad diabolum: qꝛ non eſt ibi iniuſticia
qua diabolus delectatur. Omne etiam bonū
eſt extra carnem ⁊ mundum. qꝛ non eſt ſm̄
voluntatē carnis ⁊ mundi. Ad tale ergo de/
ſertuʒ oēs filij dei exeunt vt tententur: vtpu
ta ſi non propoſuiſti ducere vxorem: duxit te
ſpiritusſanctus in deſertuʒ. i. extra fines car
nis ⁊ mundi: vt tenteris a concupiſcētia car
nis. Quomodo enim tentatur libidine qui
tota die eſt cum vxore? Scire autem debemꝰ:
q̄ filij dei non tentantur a diabolo niſi in de
ſertum exierint: filij autem diaboli in carne
⁊ mundo conſtituti confringuntur: ⁊ parent
ſicut bonus homo ſi vxoreʒ habuerit nō for
nicatur: ſed ſufficit ei vxor ſua. Malus autē
etiam habens vxorem fornicatur: ⁊ non eſt
vxore contentus: ⁊ ſic in omnibus inuenies.
Filij ergo diaboli non exeunt ad diabolum
vt tententur. Quid enim opus habet ad cer
tamen exire qui non deſiderat vincere? Qui
autē glorioſiores ſunt filij dei extra fines car
nis exeunt contra illum: qꝛ victorie gloriam
concupiſcunt? Propterea ⁊ in hoc loco xp̄s
exijt ad diabolū: vt tētaret ab eo CHRY.
in ho. Vt autem diſcas q̄ʒ magnum bonum
eſt ieiunium: ⁊ qualiter ſcutum eſt aduerſus
diabolum: ⁊ quoniam poſt baptiſmum non
laſciuie ſed ieiunio intendere opʒ: ipſe ieiu/
nauit non eo indigens. ſed nos inſtruens.
CHRY. ſuper matth. Et vt quadrageſi/
mi noſtri ieiunij poneret menſuram. xl. die
bus. ⁊. xl. noctibus ieiunauit. Vnde ſequit.
Et cuʒ ieiunaſſet. xl. diebus ⁊. xl. noctibus.
CHRY. in ho. Non autem vltra proceſ
ſit ieiunando q̄ʒ moyſes ⁊ helias: ne incredi
bilis videretur carnis aſſumptio. GRE/
GO. in ho. Ipſe autem auctor omnium in
quadraginta diebus nullum omnino cibum
ſumpſit. Nos quoqʒ q̄ʒtum poſſumus qua/
drageſime tempore carnem noſtram per ab
ſtinentiam affligamꝰ. Quadragenarius au

tem numerus cuſtoditur: qꝛ virtus decalogi
per libros quattuor ſancti euangelij implet.
denarius etenim quater ductus in quadrage
narium ſurgit. Vel qꝛ in hoc mortali corpo/
re ex quattuor elementis ſubſiſtimus: per cu
ius voluntatem preceptis dominicis contra
imus que per decalogū ſunt accepta. Qui
ergo per carnis deſideria decalogi mandata
contempſimus: dignum eſt vt eandeʒ carnē
quaterdecies affligamus. Vel ſicut i lege of
ferre debemus decimas rerum: ita ei offerre
contendimus decimas dieruʒ. A prima eni
dominica quadrageſime vſqʒ ad paſchalis
ſolēnitatis gaudia ſex hebdomade veniunt
quarum dies. xl. ⁊ duo ſunt: ex quibus duʒ
ſex dies dominici ab abſtinentia ſubtrahun
tur: remanent. xxxvi. Dum vero per. ccc. ⁊
lxv. dies annus ducitur: nos aūt per. xxxvi.
dies affligimur. quaſi anni noſtri decimas
deo damus. AVG. i li. lxxxiij. q̄ſtio. Vel
aliter omnis ſapientie diſciplina eſt creatorē
creaturamqʒ cognoſcere. Creator ē trinitas:
pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus: creatura ve/
ro partiʒ eſt inuiſibilis ſicut anima cui terna
rius numerus tribuitur. Diligere. n. deum
tripliciter iubemur: ex toto corde: ex tota ani
ma: ⁊ ex tota mente. Partim viſibilis ſicut
corpus cui quaternarius debetur: propter ca
lidum ⁊ frigidum humidum ⁊ ſiccum. De/
narius ergo numerus qui totam inſinuat di
ſciplinam: quater ductus. i. numero qui cor
pori debetur multiplicatus: quia per corpus
adminiſtratio geritur quadrageſimuʒ nume
rum conficit: cuius partes equales ad quin/
quaginta perueniunt. vnum. n. ⁊ duo ⁊ qua
tuor ⁊ quinqʒ ⁊ octo ⁊ decem. ⁊. xx. que ſunt
partes quadragenarij ſimul iuncta efficiunt.
l. Et ideo tp̄s quo ingemiſcimus: ⁊ dolemꝰ
quadragenario numero celebratur. Status
autem beatitudinis in quo erit gaudium qn
quageſime celebratione prefiguratur. i. a pa
ſcha vſqʒ ad pentecoſtē. AVGV. i ſer.
de quadra. Non aūt qꝛ xp̄s poſt acceptū ba/
ptiſmum continuo ieiunauit: regulam obſer
uationis dediſſe credendum eſt: vt poſt xp̄i
baptiſmuʒ continuo ieiunare neceſſe ſit. Sʒ
quando acriori certamine cū tentatore confli
gitur: ieiunandū eſt: vt corpus īpleat de caſti
gatione militiā: ⁊ animus īpetret de humilia
tiōe victoriā. CHRY. ſuper matth. Scie

bat aūt dn̄s cogitationem diaboli. qꝛ volebat
eum tentare: audierat. n. qꝛ chriſtus natus ē
in hec mundo angelis p̄dicantibus: paſto
ribus referentibus: magis querētibus: ⁊ io
anne oſtēdente. vnde dominus proceſſit cō/
tra euz: non quaſi deus: ſed quaſi homo: ma
gis autem quaſi deus ⁊ homo. Naz per. xl.
dies non eſurire: non erat hominis: aliquan
do autez eſurire non erat dei. vnde eſuriuit:
ne manifeſte intelligatur deus: ⁊ ſic diaboli
ſpem tentandi extingueret: ſuam autem vi/
ctoriam ipediret. vnde ſequitur. Poſtea eſu
rijt. HILA. Naz poſt. xl. dies non in. xl.
diebus eſurijt. igitur cum dominus eſurijt
non inedie ſurrepſit operatio: ſed nature ſue
hominem dereliquit. Non enim erat a deo
diabolus ſed a carne vincendus: qua rerum
ratione indicat poſt. xl. dierum conſumatio/
nem quibus poſt paſſionez in ſeculo erat cō
moraturus: eſuritionem ſe humane ſalutis
habiturum: quo in tempore expectatum deo
patri munus: hominem quem aſſumpſerat
reportauit.

Et accedens tentator dixit ei: Si
filius dei es dic vt lapides iſti panes fi
ant. Qui reſpondens dixit. Scriptuz
eſt: Non in ſolo pane viuit homo.
ſed in omni verbo quod procedit de
ore dei.

CHRY. ſuper matth. Qꝛ diabolus vi/
dens p. xl. dies chriſtū ieiunantē deſperaue/
rat: poſtq̄z eſurientem ſenſit: iteruz cepit ſpe
rare. vnde ſequitur. Et accedēs tentator. Si
ergo ieiunaueris ⁊ tenteris: ne dicas quia p
didi fructum ieiunij mei. Nam etſi non tibi
profuit ieiunium tuum: vt non tenteris: ta/
men proficiet vt a tentationibus non vinca/
ris. GREGO. in ho. Sed ſi ipſum ordi
nem tentationis aſpicimus penſamus quan
ta magnitudine nos a tentatione liberamur.
Antiquus. n. hoſtis p̄mū hominem ex gu
la tentauit: cum cibum ligni vetituz ad come
dendum ſuaſit. Ex vana gloria cum diceret.
Eritis ſicut dij. Ex auaritia cuz diceret. Sci
entes bonum ⁊ malum. Auaritia enim non
ſolum pecunie eſt: ſed etiam altitudinis: cuz
ſupra modum ſublimitas ambitur. Quibus
autem modis p̄mum hominem ſtrauit: eiſ/
dem modis ſecundo homini tētato ſuccubu/
it. Per gulam tentat cum dicit: Dic vt lapi
des iſti panes fiant. Per vanam gloriaz cū
dicit. Si filiꝰ dei es: mitte te deorſum. Per
ſublimitatis auaritiam cū regna mundi oſtē
dit dicens. Hec oīa tibi dabo. AVGV.
ſuper lucam. Inde autem cepit vnde iam vi
cerat. ſ. a gula. vnde dixit ei. Si filiꝰ dei es:
dic vt lapides iſti panes fiant. Quid autem
ſibi vult talis ſermonis exorſus: niſi quia co
gnouerat dei filium eſſe venturum: ſed ve/
niſſe per infirmitatez corporis non putabat:
aliud explorantis: aliud tentantis eſt: ⁊ deo
ſe profitetur credere: ⁊ homini conatur illu/
dere. HILA. Eam ergo in tentando con
ditionem operis propoſuit: per quam i deo
ex mutatione lapidum in panes virtutez po
teſtatis agnoſceret. ⁊ in homine oblectamen
to cibi patientiam eſuriētis illuderet. HIE
RO. Sed ex duobus contrarijs teneris a
diabolo. Sed ad imperium eius poſſunt la/
pides panes fieri: ergo fruſtra tentas eum:
qui tante potentie eſt. ſi autem non poteſt fa/
cere: fruſtra dei filiuz ſuſpicaris. CHRI
SO. ſuper matheum. Sicut autem diabo/
lus omnes homines excecabat: ſic modo in/
uiſibiliter a chriſto eſt excecatus. Poſt. xl.
enim dies eſurientem ſenſit. ⁊ per. xl. non
eſurientem non intellexit cum ſuſpicatus eſt
eum non eſſe filium dei: non cogitauit quo/
niam fortis athleta ad ea que infirma ſunt:
deſcendere poteſt: infirmus autez ad ea que
fortia ſunt: aſcendere non poteſt. Magis er
go ex eo q̄ per tot dies non eſurijt intellige/
re debuit: quia deus eſt: q̄z ex eo q̄ poſt tot
dies eſurijt: quia homo eſt. Sed dicit Moy
ſes ⁊ helyas. xl. dies ieiunauerunt: ⁊ homi/
nes erant. ſed illi ieiunantes eſuriebant ⁊ ſu
ſtinebant. iſte. xl. diebus non eſurijt: ſed po
ſtea. Eſurire enim ⁊ non manducare pati/
entie eſt humane: non eſurire autem diuine
nature. HIERO. Propoſitum au/
tem chriſti erat humilitate vincere. vnde ad/
uerſarium vicit teſtimonijs legis: non po/
teſtate virtutis: vt hoc ipſo ⁊ hominem
plus honoraret: ⁊ aduerſarium plus puni/
ret: cum hoſtis generis humani non qua/
ſi a deo: ſed quaſi ab homine vincere/
tur: Vnde ſequitur: Cui reſpondens di/
xit ei: Scriptum eſt: non in ſolo pane vi/

nit homo. ſed in omni verbo quod procedit
de ore dei. GREGO. i ho. Sic ergo tē
tatus a diabolo dñs: ſacri eloquij precepta
rñdit: ⁊ qui tentatorem ſuū mergere i abyſ
ſum poterat virtutem ſue potentie non oſtē
dit: quatenus nobis preberet exemplum: vt
quotiens a prauis hominib⁹ aliqd patimur:
ad doctrinā excitemur potius q̄ȝ ad vindictā
CHRY. ſup matth. Non autē dixit: nō
in ſolo pane viuo: ne videaꝛ de ſe dictū eſſe:
ſed inedie: non in ſolo pane viuit homo: vt
poſſet diabolus dicere: Si filius dei es. ab/
ſcondit ſe vt non oſtendaꝛ: quod poteſt ſi ho
mo eſt: aſtute excuſat ſe: ne oſtendatur non
poſſe. RABA. Teſtimoniū autē hoc de
deutronomio ſumptum eſt. Ergo ſiquis nō
veſciꝛ verbo dei: iſte non viuit: q2 ſicut cor/
pus humanum non viuit ſine terreno cibo:
ita ⁊ anima viuere nō poteſt ſine dei verbo.
Procedere autem verbum de ore dei diciꝛ:
cum voluntatem ſuam per ſcripturarum te/
ſtimonia reuelat.

¶ Tunc aſſumpſit eum diabolus in
ſanctam ciuitatem ⁊ ſtatuit eum ſuper
pinnaculum templi: ⁊ dixit ei. Si fili⁹
dei es: mitte te deorſum. Scriptum eſt
enim: q2 angelis ſuis mandauit de te: ⁊
in manibus tollēt te: ne forte offendas
ad lapidem pedē tuū. Ait illi ieſus rur
ſum. Scriptum eſt: Non tētabis do
minum deum tuum.

CHRY. ſuper matth. Cum ex premiſſo
chriſti rñſo nihil certum dicere diabolus po
tuiſſet: vtrum chriſtus deus eſſet an homo:
aſſumpſit eum ad aliqm tentationem dicens
apud ſe: Iſte qui fame non vinciꝛ: etſi filius
dei nō eſt tamē ſanctus eſt: valent enim ho/
mines ſancti fame non vinci: ſed poſtquam
omnem neceſſitatem carnis vicerunt per va
nam gloriā cadūt: ideo cepit eum tentare in
gloria vana: ꝓpter quod ſequiꝛ. Tunc aſſū/
pſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem.
HIERO. Aſſumptio iſta non ex imbe/
cillitate dñi venit: ſed de inimici ſupbia que
voluntatē ſaluatoris neceſſitatē putat: RA
BY. Sancta autem ciuitas hieruſalem di/
cebatur in qua templum dei erat: ⁊ ſancta ſā
ctorū: ⁊ cultus vnius dei ſm legem moyſi.

REMI. In quo oſtendiꝛ: quia diabolus fi
delibus chriſti etiam in ſanctis locis inſidia
tur. GREGO. in ho. Sed ecce dum di/
citur deus homo in ſanctam ciuitatem a dia
bolo aſſumptus: humane aures audire ex/
paueſcunt: in quorum tamē omnium diabo
lus caput eſt. Quid eſt autem mirū ſi ſe ab
illo permiſit in montem duci: qui ſe permi/
ſit a membris illius crucifigi? GLO. Dia
bolus enim ſemper ad alta ducit eleuando
per iactantiam: vt precipitare poſſit. Et ideo
ſequiꝛ. Et ſtatuit eum ſupra pinnaculū tem/
pli. REMI. Pinnaculū ſedes erat docto
rum. Templum enim non habebat culmen
erectū: ſicut noſtre domus habēt: ſed ⁊ pla
num erat deſuper more paleſtinorum: ⁊ in
ipſo templo tria tabulata erant. Et ſciendū
quia in pauimento pinnaculū erat: ⁊ in vno
quoq̄ȝ tabulato pinnaculum erat. Siue ergo
ſtatuerit eum in illo pinnaculo: quod erat in
pauimento: ſiue in illis que erant in primo
ſecundo vel tertio tabulato: intelligendum ē
q2 in illo ſtatuiſſet eum: vnde aliquod preci/
pitium eſſe potuit. GLO. Nota vero hec
omnia corporeis ſenſibus eſſe completa: q2
enim prima adinuicem conferuntur: in ſpe
cie hominis diabolum apparuiſſe veriſimi/
le eſt. CHRY. ſuper matth. ¶ Sed for/
te dicis quomodo in corpore conſtitutum vi
dentibus omnibus ſtatuit ſupra templum?
ſed forſitan diabolus ſic eum aſſumebat: vt
ab omnibus videreꝛ: ipſe autē neſciente dia
bolo inuiſibiliter ſic agebat vt a nemine vi/
deretur. GLO. Ideo autem duxit eum ſu
pra pinnaculum cum vellet eū de vanaglo
ria tentare: quia in cathedra doctorum mul/
tos deceperat inani gloria: ⁊ ideo putauit
iſtum poſitum ſede magiſterij inani gloria
extolli poſſe. vnde ſequiꝛ: Et dixit: Si fili⁹
dei es: mitte te deorſum. HIERO. In
omnibus enim tentationibus hec agit dia/
bolus: vt intelligat ſi filius dei ſit. Dicit au/
tem: Mitte te. quia vox diaboli qua ſemper
homines cadere deorſum deſiderat: perſua
dere poteſt: precipitare nō pōt. CHRY.
ſuper matthe. Per hanc autem propoſitio/
nem quomodo poterat cognoſcere ſi eſt fili⁹
dei an non? Volare enim per aerem non ē
proprie opus dei: quia nulli vtile eſt. Si er/
go aliquis volauerit prouocatus ꝓpter oſtē

tationem solā h̄ facit. ⁊ est potius ex diabolo
q̄ꝫ ex deo. Si ergo homini sapiēti sufficit eē
quod est: ⁊ nō esse necessariū ei apparere qđ
nō est: quāto magis filiꝰ dei ostēdere se ne/
cessarium nō habet: de quo nemo pōt tantū
cognoscere quātū ē apud se. AMBRO.
super lucam: Sed qꝛ sathanas trāsfigurat se
sicut angelus lucis: ⁊ de scripturis ipsis di/
uinis laqueū fidelibus parat: vtitꝰ testimōijs
scripturaꝝ: nō vt doceat: sed vt fallat. vnde
sequiť: Scriptum est enī qꝛ angelis suis mā
dauit de te. HIERO. Hec i. xc. psalmo
legimus. verū ibi non de christo: sed de vi/
ro sancto ꝓphetia est. male ergo diabolus in
terpretať scripturas. CHRY. sup matth.
Uere enī filius dei angeloꝝ manibus non
portať: sꝫ ipse magis angelos portat: ⁊ si por
tatur manibus angeloꝝ non vt offendat ad
lapidem pedē suū quasi infirmus: sꝫ ꝓpter
honorē q̄si dominus. O diabole qm̄ filiꝰ dei
māibꝰ portať legisti: ⁊ qꝛ sup aspidē ⁊ basili
scum calcat: nō legisti. Sed illud quidē exē/
plum ꝓfert quasi supbus: hoc autem tacet q̄si
astutus. CHRY. in ho. Intuere etiā qꝛ te
stimonia a domino allata sunt cōuenienter:
a diabolo autē indecenter: non enim qđ scri/
ptum est: Angelis suis: suadet ꝓijcere seipꝫ
⁊ precipitare. GLO. est ergo sic exponē/
dum. Ait enim scriptura de quolibet bono
homine: qꝫ angelis suis idest administra/
toribus spiritibus precepit de ipso: qꝫ in
manibus suis idest in auxilijs suis tol/
lent eum: ⁊ custodient ne offendat pedem. i.
affectum mentis: ad lapidē. i. ad veterē legē
scriptam in lapideis tabulis. vel per lapidē
potest itelligi omnis peccati occasio ⁊ ruine.
RA. Notandum est autem qꝫ saluator no/
ster licet permisisset se a diabolo supra pinna
culum templi poni: tamē renuit ad imperiū
eius descendere: nobis exemplum donans:
vt quisquis imperauerit viam veritatis artā
nos ascendere: obtemperemus. Si autem
vult nos de altitudine veritatis ⁊ virtutum
ad ima erroris ⁊ vitiorum precipitare nō il/
lum audiamus. HIERO. Falsas autem
de scripturis diaboli sagittas: veris scriptu/
rarum frangit clypeis. Unde sequiť: Ait il/
li rursum Iesus: scriptum est: Nō tentabis
dominum deum tuum. HILA. Diaboli
enim conatus contundens: ⁊ deum se prote
statur ⁊ dominum. CHRY. Non autem
dixit: Non tentabis me dominū deum tuū:
sed ita: Non tentabis dominum deuꝫ tuum
quod poterat dicere omnis homo dei: tenta/
tus a diabolo: quoniam ⁊ qui hominem dei
tentat: deum tentat. RABA. Uel aliter:
Suggerebatur ei quasi homini: vt aliquo si/
gno exploraret quantum apud deum posset.
AUG. contra faustum: Pertinet autē ad
sanam doctrinam: quando habet homo quid
faciat: non tentare dominum deum suum.
HIERO. Et notandum qꝫ necessaria te/
stimonia de deutronomio tantum protulit:
vt secunde legis sacramenta monstraret.

¶ Iterum assumpsit eum diabolus
in montem excelsum valde. ⁊ ostēdit ei
omnia regna mundi ⁊ gloriam eorum
⁊ dixit ei. Hec omnia tibi dabo: si ca/
dens adoraueris me. Tunc dicit ei Ie
sus: Uade sathana. Scriptum est enī
Dominum deum tuum adorabis: ⁊
illi soli seruies. Tunc reliquit euꝫ dia
bolus: ⁊ ecce angeli accesserunt ⁊ mini
strabant ei.

CHRY. super matth. Diabolus ex secū
do responso incertus trāsit ad tertiā tentatio
nem. qꝛ enim christus rhetia ventris disru/
perat rhetia vane glorie transiuerat ponit ei
rhetia auaritie: ꝓpter quod diciť. Iteꝝ assū/
psit eum diabolus in montem excelsum val
de. Quē. s. diabolus circuiēs omnem terraꝫ
excelsiorem ceteris cognoscebat. Quāto enī
excelsior fuerit mōs tanto ex eo spaciosior ter
ra videť. vnde sequiť. Et ostendit oīa regna
mūdi: ⁊ gloriā eoꝝ. Ostēdit autē ita non vt
ipsa regna vel ciuitates eorum: vel populos
vel argentum vel aurum videret: sed partes
terre: in quibus vnūquodqꝫ regnum vel ci
uitas posita erat: vtputa si ascendens sup ex
celsum locum digito extenso dicam tibi. Ec
ce ibi est roma aut alexandria: non sic ostēdo
tibi: vt ipsas videas ciuitates: sed partes ter
re in quibus posite sunt: sic ⁊ diabolus pote
rat christo singula loca demonstrare digito:
⁊ vniuscuiusqꝫ regni honores ⁊ statum ver
bis exponere. nā ostēsum dr̄ etiā qđ exponiť
ad itelligendū. ORIGE. sup lucā. Uel
aliter nō est arbitrādū qꝫ regna ei mūdi ostē

dens: perſarum. verbigratia. regnuz iudeo
nūq; oſtēderit: ſed oſtēdit ei regnū ſuum quō
regnaret in mūdo. i. quō alij regnent a forni
catione: alij ab auaritia. REMI. Gloriam
coꝝ appellat auꝝ argentū ⁊ lapides precio/
ſos: ⁊ tꝑalia bona. RABA. Oſtēdit autē
hec diabolus dn̄o: nō ꝙ ipſe uiſum eius am
plificare potuit: aut aliqd ignotum demōſtra
re: ſed vanitatem pompe mundane quā ipſe
diligebat: quaſi ſpecioſam ac deſiderabilem
verbis oſtēdens in amorē chriſto ſuggerēs
venire volebat. GLO. Qui nō cōcupiſcē
tie oculo intuet̄ ſicut nos: ſed ſicut medici vi
dent morbos ſine leſione. HIER. Sequit̄
Et dixit illi. Hec oīa tibi dabo. Arrogans
⁊ ſuperbus de iactantia loquit̄. non enī; po
teſt omnia regna dare: cum ſciamus pleroſ
q; ſanctos viros a deo reges factos.
CHRY. ſuper matth. Sed ea que per ini
quitatem fiunt in mundo: vtputa per furtuz
aut ꝑ periuria acqſitas diuitias diabol⁹ dat.
Nō ergo diabolus quibus vult diuitias da/
re pōt: ſed his qui volunt ab illo recipere.
REMI. Mirāda ēt eſt diaboli dementia.
illi ꝓmittebat dare regna terrena: qui ſuis fi
delibus dat regna celeſtia: ⁊ gloriā mundi ei
qui ē celeſtis glīe dominus. AMBRO.
Habet autē ambitio domeſticū periculū: vt
enim dominet̄ alijs prius ſeruit: curuat̄ ob/
ſequio: vt honore dominet̄: ⁊ dum vult eſſe
ſublimior: fit remiſſior. vnde apte ſubditur.
Si cadens adoraueris me. GLO. Ecce an
tiqua diaboli ſupbia. Sicut enim in ꝓncipio
voluit ſe ſimilem deo facere: ita nūc volebat
diuinum ſibi vſurpare cultum dicens. Si ca
dens adoraueris me. Ergo qui adoraturus
eſt diabolum ante corruit. Sequit̄. Tunc di/
cit ei ieſus. Vade ſathana. CHRY. ſup
matth. In que finem tentandi diabolo po/
nit: ne progrediatur vlterius tentās. HIE/
RO. Nō autem vt pleriq; putāt: eadē; ſa
thanas ⁊ petrus condemnant̄ ſentētia. Pe
tro enī; dicit̄. Vade retro me ſathana. i. ſeq̄
re me qui cōtrarius es mee voluntati. huic
autem dicit̄. Vade ſathana. ⁊ nō ei dicit̄ Re
tro: vt ſubaudiat̄: Vade in ignem eternum
qui paratus eſt tibi: ⁊ āgelis tuis. REMI.
Vel ꝭm alia exemplā. Vade retro. i. remini
ſcere: recordare in quanta gloria condit⁹ fui/
ſti. ⁊ in quātā miſeriā cecidiſti. CHRY.
ſuper mattheum. Videndum autem: q: chri
ſtus cum paſſus fuiſſet tentationis iniuriam
dicente ſibi diabolo: Si filius dei es mitte te
deorſum. nō eſt turbatus: neq; diabolum in
crepauit. Nunc autē; quādo diabolus vſur
pauit ſibi dei honorem exaſperatus eſt: ⁊ re/
pulit eum dicens. Vade ſathana. vt nos illi
us diſcamus exemplo: noſtras quidem iniu
rias magnanimiter ſuſtinere: dei autem iniu
rias nec vſq; ad auditum ſufferre: quoniam
in ꝓprijs iniurijs eſſe quemꝑiā; patientem
laudabile eſt: iniurias autem dei diſſimulare
nimis eſt impium. HIERO. Dicēs au
tem diabolus ſaluatori. Si cadens adoraue
ris me ecōtrario audit: q: ipſe magis adora/
re eum debeat quaſi dominum: ⁊ deum ſuū
AVGV. Contra ſermo. arrianoꝝ. Vn/
de ſequitur. Scriptum eſt enim: Dominum
deum tuū; adorabis: ⁊ illi ſoli ſeruies. Vn⁹
dominus deus noſter eſt ipſa trinitas cui ſo
li ſeruitutem pietatis iure debemus. AV/
GV. x. de ciuitate dei. Nomine autem ſer
uitutis cultus deo debitus intelligit̄. latriam
quippe noſtri vbicūq; ſanctarum ſcriptura/
rum poſitum eſt interpretati ſunt ſeruitutē;.
ſed ea ſeruitus que debetur hominibus: ꝭm
quā precepit apoſtolus ſeruos dominis ſuis
ſubditos eſſe debere: grece nūcupari ſolet du
lia: latria vero aut ſemꝑ aut tam frequenter
vt pene ſemꝑ ea ſeruitus dicit̄: que ꝑtinet ad
colendum deum. CHRY. ſuper matthe.
Diabolus autē; ſicut rationabiliter intelligi
pōt nō quaſi obediēs precepto receſſit: ſ; di
uinitas chriſti ⁊ ſpūſſanctus qui erat in eo ex
cuſſit ide diabolū;. vnde ſequit̄. Tunc reliq̄t
eum diabolus. Quod ad noſtram ꝓficit con
ſolationem: q: nō tādiu hoīes dei diabolus
tentat q̄ādiu vult: ſed q̄ādiu chriſtus ꝑmittit.
Et ſi enim permittit eum pauliſper tentare:
tamen repellit ꝓpter infirmam naturam.
AVGV. ix. de ciuitate dei. Poſt tenta/
tionem vero ſancti angeli ſpiritibus immun
dis metuēdi quomodo miniſtrabant. ⁊ per
hoc magis magiſq; innoteſcebat demonib⁹
quantus eſſet. vnde ſequitur. Et ecce angeli
acceſſerunt ⁊ miniſtrabant ei. CHRY. ſu
per matth. Non autem dixit: deſcēdētes an
geli. vt oſtendat q: ſemꝑ ad miniſteriū eius
erant in terris: ſed tunc precipiente domino
receſſerāt ab eo: vt locus diabolo aduerſus

christuz daretur: ne forte videns angelos cir
ca eum nō appropinquaret ad eum. In qui
bus autem rebus illi ministrabant scire non
poſſumus: vtrum ad ſanationes infirmita
tum: an ad correctiones animarum: an ad ef
fugationem demonum: que omnia per ange
los facit. vnde eis facientibus ipſe facere vi
detur: tamen manifeſtum eſt: ꝙ non ꝓpter
neceſſitatem impotentie eius ei miniſtrabāt:
ſꝫ ꝓpter honorē ꝑtātis ipſius. non enim di
cit ꝙ adiuuēt eum: ſꝫ ꝙ miniſtrent. GRE
GO. in ho. Ex his autē vnius ꝑſone vtra
qꝫ natura oſtendit: qꝛ ⁊ homo eſt quem dia
bolus tentat: ⁊ idē ipſe deꝰ eſt cui ab angelis
miniſtratur. CHRY. ſuper mattheum.
Tunc breuiter perſtringamus quid ſignifi
cent chriſti tentationes. Ieiunium eſt abſtinē
tia rei male. eſuries eſt deſiderium eiꝰ. vſus
eius eſt panis. Qui ergo peccatum ſibi con
uertit ad vſuz lapidem conuertit in panem.
Reſpōdeat ergo diabolo perſuadenti: qꝛ nō
in ſolo vſu illius rei viuit homo: ſed in ob
ſeruātia mandatoꝝ dei. Quando vero quis
īflatus fuerit quaſi ſanctus: ductus eſt quaſi
ſuper templum: ⁊ quādo eſtimauerit ſe cōſi
ſtere in ſanctimonii ſummitate: poſitus ē ſu
pra pinnā tēpli. Et h tentatio ſequit primā.
qꝛ victoria tentationis gloriationē operat: ⁊
fit cauſa iactantie. ſed vide ꝙ chriſtus ieiuni
um vltro ſuſceperit. Super templum autez
diabolus eum duxit: vt tu ad abſtinentiā lau
dabilem ſponte ꝓcedas. Extolli autē ad faſti
gium ſanctitatis nō acquieſcas: fuge exalta
tionē cordis: ⁊ nō pacieris ruinam. Aſcēſio
autē mōtis eſt ꝓceſſio ad altitudinē diuitiaꝝ
⁊ glorie huius mundi: que de ſupbia cordis
deſcēdit. Cum ergo volueris diues fieri: qđ
eſt aſcēdere in mōtē: īcipis cogitare de diui
tiis ⁊ honoribus acquirēdis: ⁊ tūc princeps
mundi gloriam regni ſui tibi oſtendit. Ter
tio loco ꝓuidet tibi cauſas: vt ſi volueris illa
cōſeq: ſeruias ei negligēs iuſticiā dei. HI
LA. Victo autē a nobis calcatoqꝫ diaboli
capite: angeloꝝ miniſteria ⁊ virtutum i nos
celeſtium officia non defutura oſtēdit. AV
GV. de con. euan. Lucas has tentationes
non eodem ordine proſecutus eſt. vnde in
certum eſt ꝙ prius factum ſit: vtrum regna
terre prius demonſtrata ſint: ⁊ poſtea in pin
nam templi leuatus ſit: an econuerſo: nihil
tamen ad rem: dum omnia facta eē manife
ſtum ſit. GLO. Sed quod dicit lucas ma
gis videtur ſm hiſtoriam eſſe. Sed matthęꝰ
has refert tentationes ſm hoc ꝙ in adam fa
cte ſunt.

## ¶ Feria. ij. in. xl. Mathei. xxv. ca.

CUm venerit filius hoīs
i maieſtate ſua ⁊ omnes
angeli eius cū eo: tunc ſe
debit ſuper ſedē maieſta
tis ſue ⁊ congregabūtur
ante eū omnes gentes ⁊ ſeparabit eos
abͥ inuicem ſicut paſtor ſegregat oues
ab hedis. Et ſtatuet oues quidē a dex
tris: hedos autem a ſiniſtris. Tūc di
cet his qui a dextris eius erūt. Veni
te benedicti patris mei poſſidete para
tum vobis regnum a conſtitutiōe mū
di. Eſuriui enī ⁊ dediſtis mihi mandu
care: Sitiui ⁊ dediſtis mihi bibere.
Hoſpes eram: ⁊ collegiſtis me. Nu
dus: ⁊ operuiſtis me. Infirmus: ⁊ viſi
taſtis me. In carcere eraz ⁊ veniſtis ad
me. Tūc Reſpōdebūt ei iuſti dicētes:
Domine: quādo te vidimus eſurien
tem ⁊ pauimus: ſitientē: ⁊ dedimꝰ tibi
potum? Quādo autē te vidimus ho
ſpitem ⁊ collegimus te: aut nudum ⁊
cooperuimus te? Aut quādo te vidimꝰ
infirmum: aut in carcere: ⁊ venimꝰ ad
te? Et reſpondēs rex dicet illis: Amē
dico vobis ꝙdiu feciſtis vni de his fra
tribꝰ meis minimis: mihi feciſtis. Tūc
dicet ⁊ his qui a ſiniſtris erunt: Di
ſcedite a me maledicti in ignem eternū
qui paratꝰ ē diabolo ⁊ āgelis eiꝰ. Eſu
riui enī ⁊ nō dediſtis mihi māducare.
Sitiui: ⁊ nō dediſtis mihi potū. Ho

ſpes eram: ⁊ non collegiſtis me. Nudus: ⁊ non operuiſtis me. Infirmus ⁊ in carcere: ⁊ non viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt ei ⁊ ipſi dicentes: Domine quando te vidimus eſurientem: aut ſitientem: aut hoſpitem: aut nudū: aut infirmum: aut in carcere: ⁊ non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis dicens: Amen dico vobis: q̄diu non feciſtis vni de minoribus his: nec mihi feciſtis.

RABA. Poſt parabolas de fine mūdi: iam exequitur dominus modum futuri iudicij. CHRY. in ho. Eſt autem hec pars delectabiliſſima: quam continue in animo vertentes cum ſtudio audiamus ⁊ omni compūctione: nam ⁊ ipſe chriſtus terribilius ⁊ lucidius hunc pertractat ſermonem. Iccirco nō dicit de cetero. Simile factum eſt regnum celorum: ſed reuelate ſeipſuꝫ oſtendit dicens. Cum ve. fi. ho. in maieſtate ſua ⁊c̄. HIERO. Poſt biduum quidem paſcha facturus ⁊ tradendus cruci ⁊ illudēdus ab hominibus: recte promittit gloriaꝫ triumphantis: vt ſecutura ſcandala pollicitationis premio compenſaret. Et notandum ꝙ qui in maieſtate cernēdus eſt. filius hominis ſit: AVGV. ſuper ioannem. In forma enim humana videbunt eum impij: videbunt ⁊ ad dexteram poſiti. In iudicio. n. apparebit in forma quam ex nobis accepit: ſed poſtea futurum eſt vt videatur in forma dei: quam ſciunt omnes fideles. REMI. Deſtruit autem his verbis illoruꝫ error qui dixerunt dominum non ī eadeꝫ forma ſerui manere: maieſtatem autem appellat diuinitatē qua equalis eſt prī ⁊ ſpirituiſancto. ORIGE. Vel quia cū gloria huc reuertetur: vt corpus eius ſit quale fuit cum tranſfiguratus fuit in mōte. Sedes autem eius: aut quidam perfectiores ſanctorum dicuntur: de quibus ſcriptuꝫ eſt: Quoniaꝫ illic ſederunt ſedes in iudicio. aut quedam virtutes angelice de quibus dicitur. Siue throni ſiue dominationes. AVGV. xx. de ci. dei. Deſcendet. n. cuꝫ angelis quos aduocabit de ſupernis locis ad faciendum iudicium. Vnde dicitur: Et omnes angeli eius cum eo. CHRY. in ho. Omnes. n. angeli cum ipſo aderunt teſtantes ⁊ ipſi q̄tum adminiſtrauerunt miſſi a domino ad hominum ſalutem. AVGV. de penitentia. Vel angelorum nomine ſignificauit homines: qui cum chriſto iudicabunt. Angeli. n. nuncij ſunt. Nuncios auteꝫ rectiſſime accipimus omnes qui ſalutem celeſtem hominibus nunciauerunt. Sequitur. Et congre. ante eum om. gen. REMI. His verbis vera hominis futura demōſtratur reſurrectio. AVGV. xx. de ci. dei. Hec auteꝫ congregatio per miniſterium angelicuꝫ fiet: quibus in pſalmo dicitur: Congregate illi ſanctos eius. ORIGE. Vel non localiter intelligamus ꝙ ꝯgregabuntur ante eum omnes gentes: ſed q: iam non erunt diſperſe ī dogmatibus falſis ⁊ multis de eo. Manifeſta. n. fiet diuinitas chriſti: vt non ſoluꝫ nullus iuſtorum: ſed nec aliquis peccatorum ignoret. Non. n. in aliquo loco apparebit filius dei ⁊ in altero non apparebit: ſicut ipſe ſm̄ cōparationē fulguris voluit demonſtrare: q̄diu ergo iniq̄ nec ſe cognoſcūt nec xp̄ꝫ vel iuſti ꝑ ſpeculū in enigmate vident: tādiu non ſunt ſegregati boni a malis. Cū aūt ꝓpꝫ manifeſtationē filij dei oēs ad intellectū venerint ſuū: tunc ſaluator ſegregabit bonos a malis. vnde ſequit: Et ſepa. eos abin. ſicut pa. ſegre. oues ab hedis: q: ⁊ peccatores cognoſcent ſua delicta: ⁊ iuſti manifeſte videbunt ſemina iuſticie ſue ad qualē eos ꝑduxerint finē. Oues aūt dicti ſunt q̄ ſaluant ꝓpꝫ manſuetudinē quaꝫ didicerunt ab eo q̄ dic̄. Diſcite a me q: mitis ſū. ⁊ ꝓpꝫ qd̄ vſqꝫ ad occiſionē parati fuerūt vēire imitātes xp̄m: q: ſic̄ ouis ad occiſionē duct⁹ ē. Hedi āt dn̄tur mali: q̄ aſpera ⁊ dura ſaxa aſcēdūt: ⁊ ꝑ ꝓcipitia eoꝝ incedūt. CHRY. in ho. Vel hos vocat hedos: illos aūt oues: vt hoꝝ ifructuoſitatē oſtendat: nullus. n. fit ab hedis fruct⁹. Horum aūt vtilitatē: multus. n. eſt ouium fructus: ⁊ a lana: ⁊ a lacte: ⁊ a fetib⁹ qui parturiuntur. nomine autem ouis in ſcripturis diuinis ſimplicitas ⁊ innocentia ſolet deſignari. Pulchre ergo ī hoc loco per oues electi deſignant. HIERO. Hedus aūt laſciuum eſt aīal: ⁊ feruens ſemꝑ ad coituꝫ: ⁊ ſemꝑ ꝓ peccatis offertur in lege: nec dicit capras: q̄ poſſunt habere fetus: ⁊ tonſe egrediunt de lauacro. CHRY. in ho. Deinde

ſegregat eos etiā ſitu. Nā ſequit̃: Et ſtatuet
oues quidē a dextris: hedos aūt a ſiniſtris.
ORIGE. Sci. n. qui dextera opa opera
ti ſunt acceperūt pro mercede ſuoꝝ dexteroꝝ
dexterā regis in qua reges ⁊ gloria eſt. Ma
li vero ꝓpter opa ſua peſſima ⁊ ſiniſtra ceci/
derunt in ſiniſtrā. i. in triſticiā tormētorum.
Sequit̃: Tūc di. rex eis q a dextris eiꝰ erūt:
Venite: vt quicqd minus fuerat eis cū pfe/
ctius vniti fuerint chriſto: cōſequunt̃. Addit
autē: Benedicti patris mei. vt eminētia be/
nedictionis eoꝝ manifeſtet̃: qꝛ prius bn̄dicti
ſunt a dn̄o qui fecit celū ⁊ terrā. RABA.
Vel vocant̃ benedicti quibus pro bonis me
ritis debet̃ eterna benedictio. Patris āt ſui
dicit eſſe regnū: qꝛ ad eum refert ptātē regni
a quo ipſe rex eſt genitus. vnde per auctori/
tatem regiā qua ipſe ſolus exaltabit̃ in die il
la ꝓferet iudicij ſnīaꝫ. vnde ſignanter dicit̃.
Tunc dicet rex. CHRY. in ho. Not autē
ꝙ nō dixit accipite: ſed poſſidete ſiue heredi/
tate: ſicut familiaria bona: ſicut paterna: ſic
veſtra vobis antiquitus debita. vnde dicit̃:
Para. vo. reg. a cōſti. mūdi. HIERO.
Hec aūt iuxta preſcientiā dei accipienda ſūt:
apud quē futura, iam facta ſunt. AVG.
xx. de ci. dei. Excepto autē illo regno de quo
in fine dicturus eſt: Poſſi. para. vo. reg. lꝫ
longe impari modo: etiā preſens eccleſia dr̃
regnū eius in quo adhuc cum hoſte confligi
tur: donec veniat̃ ad illud pacatiſſimum re/
gnum vbi ſine hoſte regnabit̃. AVG. de
penitētia: Sed dicet aliqs regnare, nolo: ſuf
ficit mihi ſaluū eſſe: in quo primū eos fallit:
qꝛ eoꝝ nec ſalus eſt vlla quoꝝ iniqtas pſeue
rat: deinde ſi eſt aliqua dr̄ia inter regnātes ⁊
nō regnātes: oportet tamē vt in vno regno
ſint oēs: ne in hoſtium aut alioꝝ numero de
putent̃: ⁊ ceteris regnantibus ipſi pereāt.
Omnes enim romani: romanuꝫ regnū poſ
ſidēt; ꝙuis nō oēs i eo regnēt. CHRY.
in ho. Pro quibꝰ ergo ſancti celeſtis regni
bona accipiāt: manifeſtat cum ſubdit̃: Eſuri
ui enī ⁊ dediſtis mihi mādueare. REMI.
Et notandū ꝙ in hoc loco ſex opa miſericor
die a dn̄o cōmemorant̃: que quicūqꝫ implere
ſtuduerit: regnū a cōſtitutione mundi prepa
ratum electis ꝑcipere merebit̃. RABA.
Myſtice autem qui eſurientē ⁊ ſitientē iuſti
ciam pane verbi reficit: vel potu ſapiētie re/
frigerat: ⁊ qui errantem per hereſim vel per
peccatum in domum matris eccleſie recipit:
⁊ qui infirmū in fide aſſumit: vere dilectio/
nis obſeruat iura. GREGO. xxv. mora
lium. Hi aūt quibus iudex veniēs in dexte
ram conſiſtentium dicit: Eſuriui. ⁊c̄. ſunt q
ex parte electoꝝ iudicant̃ ⁊ regnant: qui vite
maculas lachrymis tergunt: qui mala prece/
dentia factis ſequentibus redimentes qcqd
illicitum aliquādo fecerant: ab oculis iudicis
elemoſynaꝝ ſuperductione cooperiunt. Alij
vero ſunt q nō iudicātur ⁊ regnāt: q etiā pre
cepta legis perfectionis virtute tranſcēdūt.
ORIGE. Humilitatis ergo cauſa laudē
beneficioꝝ ſuoꝝ indignos ſe proclamāt: nō
obliti eoꝝ que fecerunt: Ipſe aūt eis oſtēdit
ſuā cōpaſſionē in ſuis. vnde ſequit̃. Tū rn̄/
debunt ei iuſti. di. Dn̄e qn̄ te vidimus ⁊c̄.
RABA. Hoc quidē dicunt nō diffidētes
de verbis dn̄i: ſed ſtupēt de tāta ſublimatōe
⁊ de maieſtatis ſue magnitudine. Vel qꝛ vi
debitur eius paruum eſſe bonū quod egerāt
ſm̄ illud apl̄i: nō ſunt cōdigne paſſiones hu
ius tp̄is ad futurā gloriā que reuelabit̃ in no
bis. Sequit̃: Et rn̄dēs rex di. eis. Amē di.
vo. ꝙdiu fe. vni de fra. meis mihi feciſtis.
HIE. Libera quidē nobis erat intelligētia
qd̄ in omni paupe chriſtus eſuriēs paſceret̃:
ſitiens potaret̃ ⁊ ſic de alijs. ſed ex hoc ꝙ ſeq
tur ꝙdiu fe. ⁊c̄. nō mihi videt̃ general̃r di/
xiſſe de paupibus. ſꝫ de his qui paupes ſpū
ſunt: ad quos extendens manuꝫ dixerat: fra
tres mei ſunt qui faciunt voluntatem patris
mei. RABA. Sed ſi fratres eius ſunt q̄/
re eos minimos vocat? ꝓpter hoc qꝛ ſunt hu
miles: qꝛ paupes: qꝛ abiecti. Non aūt p hos
monachos ſolum intelligit qui ad mōtes ſe/
ceſſerunt: ſed vnūquēqꝫ fidelem etiā ſi fue/
rit ſecularis ⁊ fuerit eſuriens aut aliud huiuſ
modi vult miſericordie ꝓcuratione potiri.
Fratrem enim baptiſma facit ⁊ miniſterioꝝ
cōmunicatio. Sequit̃: Tunc di. ⁊ his qui a ſi
ni. eius erūt: Diſce. a me male. in ignē eter/
nuꝫ. qui prepa. eſt dia. ⁊ ange. eius. ORI
GE. Sicut iuſtis dixerat: venite: ita ⁊ iniu/
ſtis dicit diſcedite. nam ꝓpinqui ſunt verbo
qui ſeruāt dei mādatū ⁊ vocant̃ vt adhuc ꝓ
pinquores efficiant̃. Longe aūt ab eo ſunt ⁊ ſi
videant̃ ei aſſiſtere qui nō faciūt mādata ipſi
us: ꝓpter h̄ audiūt. Diſcedite: vt qui mō vi̅

videnť eſſe ante eum: poſtea nec videantur:
Cõſiderandū eſt aūt qm̄ in ſcis dictū eſt: bñ/
dicti patris mei. nõ autē nūc dicit maledicti
patris mei. nā bñdictiõis quidē miniſtrator
eſt pater: maledictionis aūt vnuſqſq; ſibi eſt
actor: qui maledictione digna eſt operatus.
Qui aūt recedunt a ieſu decidunt in ignem
eternum qui alterius eſt generis ab hoc igne
quem habemus in vſu. Nullus eni ignis in
ter hoīes eſt eternus ſed nec multi tpis. Et
cõſidera qm̄ regnū quidē non angelis prepa
ratum dicit. Ignē aūt eternū diabolo ⁊ ange
lis eius: q2 quantū ad ſe hoīes nõ ad perdi/
tionem creauit: peccantes autē coniungunt
ſe diabolo: vt ſicut qui ſaluanť: ſcis angelis
coequātur: ſic qui pereūt diaboli angelis coe
quantur. AVGV. xxi. de ci. dei. Ex hoc
autē habeť ꝙ idem ignis erit hominū ſuppli
cio attributus ⁊ demonum. ſi autē erit cor/
poralis tactu noxius: vt eo poſſint corpora
cruciari: quõ in eo erit pena ſpirituum mali/
gnorum: niſi q2 ſunt quedam demonib9 cor/
pora ſicut quibuſdam viſum eſt ex iſto aere
craſſo atq; humido. Si autem aliquis nulla
habere demones corpora aſſerat. non eſt de
hac re contentioſa diſputatione certandum.
Cur enim nõ dicamus q̃uis miris tñ veris
modis etiā ſpūs incorporeos poſſe pena cor
poralis ignis affligi. Si ſpūs hominū etiam
ipſi pfecto icorporei ⁊ nūc potuerūt concludi
corporalibus mēbris: ⁊ tūc poterūt corporuꝫ
ſuoꝝ vinculis inſolubiliter alligari. Adhere
bunt ergo demones lꝫ incorporei corporali/
bus ignib9 cruciādi: accipiētes ex ignib9 pe/
nam: nõ dantes ignib9 vitam. Ignis aūt ille
corporeus erit: ⁊ cruciabit huiuſmõi corpa cū
ſpiritib9: demones aūt ſpūs ſine corpibus.
ORIGE. Vel forſitan ignis ille taľ ſub
ſtantia eſt vt inuiſibilia cõburat: ipſe inuiſibi
lis cõſtitutus: ſm ꝙ ait apľs: Que videnť tē
poralia ſunt: que aūt non videnť eterna. Ne
aūt mireris audiēs eſſe inuiſibilē ignē ⁊ puni
entem: ⁊ cum videas iteri9 calorē corpib9 ac/
cidentē: ⁊ nõ mediocriter cruciantē. Sequiť
Eſuriui. n. ⁊ nõ de. mi. mā. ſcriptū eſt ad fi
deles: Vos eſtis corp9 chriſti. ſicut ĝ aīa ha/
bitans in corpe cū nõ eſuriat quātum ad ſuā
ſubſtātiā ſpūalē: eſurit tñ corpis cibū: q2 co/
pulata eſt corpi ſuo: ſic ⁊ ſaluator patiť q̃ pa
tiať corp9 eius eccleſia: cum ſit ipſe impaſſibi
lis. Et hoc cõſidera: q2 loquens ad iuſtos p
ſingulas ſpēs eoꝝ bñficia dinumerat. Ad
iniuſtos aūt preſcindēs narrationē adunauit
vtrūq; dicēs. Infir. fui. ⁊ icar. ⁊ nõ viſi. me:
qm̄ miſericordis iudicis erat bñfacta qdē ho
minum largius predicare ⁊ āpliare: maleſcā
aūt eoꝝ trāſitorie memorari ⁊ abbreuiare.
CHRY. in ho. Intuere aūt q2 nõ in vno
tm̄ vel duob9 ſꝫ in oībus miſericordiā deſer
uerunt: nõ eni eſurientē ſolū nõ cibauerunt:
ſꝫ neq; qd leuius erat infirmū viſitauerunt.
Et vide qualr leuia iniūgit: nõ eni dixit: In
carcere erā ⁊ nõ eripuiſtis me. Infirmus: ⁊
nõ curaſtis me: ſꝫ nõ viſitaſtis: ⁊ nõ vēiſtis
ad me. In eſuriēdo etiā non precioſam petit
mēſam: ſꝫ neceſſariū cibū. Oia ĝ ſufficiētia
ſunt ad penā: pmo qdē facilitas petitõis: pa
nis eni erat. ſcdo miſeria ei9 qui petebat: pau
per eni erat. tertio cõpaſſio nature: hõ enim
erat. q̄rto deſideriū pmiſſionis: regnū eni p
miſit. q̄nto dignitas ei9 q accipiebat. de9. n.
erat qui per paupes accipiebat. ſexto ſupabū
dantia honoris: qm̄ dignatus eſt ab hoībus
accipe. ſeptimo iuſticia dationis: ex ſuis enīꝫ
a nobis accipit: ſꝫ cõtra vniuerſa hec hoīes p
auariciā excecanť. GREGO. xxv. mora.
Iſti aūt qb9 hoc dr̄: ſunt mali fideles qui iudi
canť ⁊ pereunt: alij vero. ſ. īfideles nõ iudi/
canť ⁊ pereūt: Nõ. n. eoꝝ tūc cā diſcutiť qui
ad cõſpectū diſtricti iudicis iam cū dānatiõe
ſue infidelitatis accedūt: pfeſſionē vbo fidei
retinētes: ſꝫ pfeſſiõis opa ñ hñtes redarguū
tur vt peāt. Iſti eni ſaltē vba iudicis audiūt:
q2 ei9 fidei ſaltē vba tenuerūt. Illi in dāna/
tione ſua eterni iudicis nec vba pcipiunt: q2
ei9 reuerentiā nec vbotenus ſeruare volue/
runt: nā ⁊ pnceps terrenā rēpu. regēs: aliter
punit ciuē iteri9 delinquētē: atq; alr hoſtē ex
terius rebellantē: in illo. n. iura ſua cõſulit:
cõtra hoſtē vo bellū mouet: ⁊ de pena ei9 qd
lex hēat nõ reqrit. CHRY. i ho. Verbis
āt iudicis redarguti: cū māſuetudine loquiť.
Sequiť. n. Tūc rñ. ei ⁊ ipſi di. Dñe qñ te vi
dim9 ⁊c. ORIGE. Cõſidera ꝙ iuſti imo
ranť in vno quoq; vbo: iniuſti aūt non ita p
ſingula ſꝫ curſim dicūt: qm̄ ppriū eſt iuſtoruꝫ
bñfacta ſua relata ſibi in facie diligēter ⁊ per
ſingula refutare cū humilitatis: maloꝝ autē
hominū ē culpas ſuas excuſatõis cā aut nul
las eſſe oſtēdere: aut leues ⁊ paucas: ſꝫ ⁊ rñ/

ſio xp̄i hoc ipſū ſignat. vn̄ ſequit: Tūc rn̄. il.
di. Amē di. vo. Volens eni iuſtoꝝ bn̄facta
oſtēdere grādia: pctoꝝ aūt cl'pas nō grādeſ.
ad iuſtos qdē dicit: Ex eo qd feciſtis vni ex
minimis meis fratribus. ad iniuſtos aūt nō
adiecit fratrib⁹. reuera. n. frēs ei⁹ ſunt q pfe
cti ſunt: Grati⁹ eſt aūt apud deū opus bonū
qd fit in ſanctioribus q̄ȝ in minus ſcīs: ⁊ le/
uior culpa eſt negligere minus ſcōs q̄ȝ ſan/
ctiores. AVGV. xx. de ci. dei. Nūc āt de
nouiſſimo iudicio agit qn̄ chriſtus de celo vē
turus eſt: viuos ⁊ mortuos iudicaturus: hoc
diuini iudicij vltimū hunc diē dicim⁹. i. no/
uiſſimū tp̄s. nā per quot dies iſtud iudicium
ptendat icertū eſt: ſed ſcripturaꝝ ſctāꝝ mo/
re dies poni ſolet pro tp̄e. Ideo aūt dicimus
vltimū iudiciū vel nouiſſimū: qꝛ ⁊ nūc iudi/
cat: ⁊ ab humani generis initio iudicauit: a li
gno vite ſeparās p̄mos hoīes ⁊ angelis pec
cantibus nō pcens. In illo aūt finali iudicio
ſit ⁊ hoīes ⁊ angeli iudicabunt: fiet. n. virtu
te diuina. vt cuiqȝ opa ſua vel bona vel ma/
la cūcta in memoriā reuocent: ⁊ mētis ītuitu
mira celeritate cernant: vt accuſet vl' excuſet
ſcientia conſcientiam.

¶ Et ibunt hi in ſupplicium eternū:
iuſti autem in vitam eternam.

AVG. de fide ⁊ opibus: Nōnulli ſeipſos
ſeducūt dicētes ignē eternū nō dictum ip ſaȝ
penā eternā. Hoc puidēs dn̄s ſniam ſuam
ita cōcluſit dicēs. Et ibūt hi in ſup. eter. iuſti
vero in vi. eter. ORIGE. Attēde qm̄ cū
p̄us dixiſſet. Venite bn̄dicti. deīde: Diſcedi
te maledicti. ppꝛea qꝛ ppꝛiū boni dei ē p̄mū
recordari bn̄facta bonoꝝ q̄ȝ malefacta malo/
rum. hic p̄us noīat penā maloꝝ: deinde vi/
tam bonoꝝ: vt p̄mū que timoꝛis ſunt euite/
mus mala: poſtea que honoris ſunt appeta/
mus bona. GREGO. xv. mo. Si ḡ tan
ta pena mulctat qui nō dediſſe cōuincit qua
pena feriēdus eſt q redarguit abſtuliſſe alie/
na? AVGV. xix. de ci. dei: Eſt aūt vita eī
na ſummū bonū noſtruȝ ⁊ finis ciuitatis dei
de quo fine dicit apl's: Finē vero vitā eīnā.
Sed rurſus qꝛ vita eīna ab his q familiari/
tatem nō hn̄t cū ſcripturis ſcīs pōt accipi ēt i
vita maloꝝ ppꝛ aīe imoꝛtalitatē: vel ppꝛ iter
minabiles penas ī iꝛ ioꝝ pfecto finis ciuitatis
hui⁹ in quo ſūmū habebit bonū: vl' pax in vi
ta eīna vl' vita eīna in pace dicēdus eſt vt ab
hominibus poſſit intelligi. AVGV. ij. de
tri. Quod eni dixit dn̄s famulo ſuo moyſi:
Ego ſum qui ſum. hoc cōtēplabimus cū vi/
uemus in eternū. Ita enim dn̄s ait: Hec ē
vita eīna: vt cognoſcāt te veꝝ deū. Hec eni
nobis cōtemplatio pmittit actionū omniū fi/
nis: atqȝ eterna pfectio gaudioꝝ de qua di/
cit ioānes. Videbimus eū ſicuti eſt. HIE/
RO. Prudēs autē lector intende qꝛ ⁊ ſup
plicia eterna ſunt: ⁊ vita ppetua metū dein/
ceps non habeat ruinarum. GREGO.
xxxiij. mo. At inquiūt iō peccātibus minatus
eſt vt eos a peccatis cōpeſceret. qb⁹ rn̄dem⁹ ſi
falſa minatus eſt vt ab iniuſticiā corrigeret:
etiā falſa pmiſerat vt ad iuſticiā puocaret. ⁊
ſic dum ſatagūt deū phibere miſericoꝛdē: nō
verent predicare fallacem. at inquiunt ſine fi
ne puniri non debet culpa cum fine. quibus
reſpōdemus qꝛ recte diceret: ſi iudex iuſtus
non corda hominum: ſed facta penſaret. Ad
diſtricti ergo iudicis iuſticiā pertinet: vt nū/
quā careant ſupplicio quorum mens in hac
vita nunq̄ȝ voluit carere pctō. AVGV.
i. de ci. dei. Nullius etiam legis iuſticia attē
dit: vt tanta mora tp̄is quiſqȝ puniat: quāta
mora tp̄is vnde puniret admiſit. Null⁹. n.
extitit qui cenſeret tam cito nocentiū finiēda
tormēta: q̄ȝ cito factū eſt homicidiū vl' adulte
rium. Qui vero pro aliquo grandi crimine
morte mulctat nunquid morā qua occidit ei⁹
ſupplicium leges exiſtimant: ⁊ non qꝛ eum
in ſempiternum auferant a ſocietate viuen/
tium? Jam vero damnuȝ ignominia: exiliū:
ſeruitus: cū plerūqȝ ſic infligunt vt nulla ve
nia relaxent: nōne pro hui⁹ vite mō ſilia pe/
nis videntur eternis? Ideo quippe eterna
eſſe nō poſſunt: qꝛ nec ipſa vita que his ple/
ctitur poꝛrigit in eternū. Sȝ inquiūt. Quō ḡ
veꝝ eſt qd ait chriſtus. In qua mēſura mēſi
fueritis remetiet vobis ſi tp̄ale pctm̄ ſuppli
cio pūit eterno? nec attēdūt nō ppꝛ eq̄le tp̄is
ſpaciū: ſȝ pp viciſſitudinē mali. i. vt qui ma
la fecerit mala patiat eādē dictā mēſurā fuiſ
ſe. Factus eſt aūt hō malo dign⁹ eīno: q hoc
in ſe peremit bonū qd eſſe poſſet in eternuȝ.
GREGO. xx. mo. At inquit: Null⁹ iu/
ſtus crudelitatib⁹ paſcit: ⁊ delinquēs ſeru⁹ a
iuſto dn̄o icirco cedi precipit: vt a neqtia cor
rigatur. Iniq aūt gehēne ignib⁹ tradiu: quo
fine ſemp ardebūt? Quib⁹ rn̄dem⁹ qꝛ omni/

potens deus qꝛ pius eſt miſeroꝝ cruciatu n̄
paſcit᷑: qꝛ aūt iuſtus eſt: ab iniquoꝝ vltione n̄
ſedat᷑: ⁊ tñ ad aliqd iniqui ſemꝑ concremanꝫ
tur: vt. ſ. iuſti tāto in eternum magis diuine
gratie debitores ſe eſſe cognoſcāt: q̄to i eter
num mala puniri cōſpiciūt: que eius adiuto
rio vitare potuerūt. AVGV. xxi. li. de ci.
dei. Sed nullum eſt īquiūt corpus quod do
lere poſſit: mori non poſſit. Neceſſe eſt autē
vt viuat dolēs: nō eſt neceſſe vt occidat do/
lor: quia nec corpora iſta mortalia omnis do
lor occidit. Et vt dolor aliquis poſſit occide/
re illa cauſa eſt: qm̄ ſic cōnexa eſt aīa huic cor
pori: vt ſummis doloribus cedat atq̄ꝫ diſce/
dat: tunc autem tali corpori aīa ⁊ eo connecti
tur modo vt illud vinculuꝫ nullo dolore vin
catur. nō ergo tūc nulla: ſꝫ ſempiterna mors
erit: quando nec viuere anima poterit deum
non habendo: nec doloribus corporis care/
re moriendo. Inter huiuſmodi autem eterni
tateꝫ ſupplicij negantes: miſericordior fuit.
Origenes qui ⁊ ipſum diabolum ⁊ angelos
eius poſt grauiora ꝓ meritis ⁊ diuturna ſup
plicia ex illis cruciatibus eruendos ⁊ ſocian
dos ſanctis angelis credidit. Sed illum ⁊ ꝓ
pter h̄ ⁊ propter alia nōnulla non immerito
reprobauit eccleſia: qꝛ ⁊ hoc q̄ miſericors vi
debatur amiſit faciēdo veras miſericordias
quibus penas lueret: ⁊ falſas beatitudines i
quibus ſecurum ⁊ ſempiternum boni gau/
dium non haberent. Longe aūt aliter alioꝝ
miſericordia ab humano erat affectu qui ho/
minuꝫ illo iudicio damnatoꝝ miſericordias
tp̄ales. hoīum vero qui vel citius vel tardiꝰ
liberantur eternā felicitatē putāt. Cur auteꝫ
hec miſericordia ad vniuerſam naturam ma
nat humanam: ⁊ cū ad angelicam ventū fue
rit: mox areſcit. GREGO. xxxiij. mora.
At inquiunt: Vbi eſt q̄ ſancti ſunt: ſi ꝓ ini
micis ſuis quos tūc ardere viderint: nō ora/
bunt? Orant quidem pro inimicis ſuis eo tē
pore quo pñt ad fructuoſam penitentiam eo
rum corda ꝯuertere: quomodo aūt ergo tunc
orabitur pro illis qui iaꝫ nullatenus poſſunt
ab iniquitate cōmutari? AVGV. xxi. de
ci. dei. Item ſunt alij ab eterno ſupplicio li/
berationeꝫ non oībus hoībus promittētes:
ſed tm̄modo xp̄i baptiſmate ablutis: qui par
ticipes ſunt corporis eius quolibet vixerint:
ꝑꝑ illud qđ ait dn̄s. Siquis mādncauerit ex
hoc pane: nō morietur in eternū. Item ſunt
q non oībus habētibus xp̄i ſacramētum nō
ſolū catholicis q̄uis male viuētibus hoc pol
licent᷑: q non ſolū ſacramento ſed reipſa mā
ducauerunt corpus xp̄i: i corpore eius qđ eſt
eccleſia ꝯſtituti: ēt ſi poſtea in aliquam here/
ſim vel in gētilium idolatriam fuerint lapſi.
Sunt āt q ꝑꝑ id qđ ſcriptum eſt: Qui perſe
ueraucrit vſq̄ꝫ i finem hic ſaluus erit: nō niſi
i catholica eccleſia perſeuerātibus hoc ꝓmit
tunt: q̄ merito fundamēti. i. fidei ꝑ ignē ſal/
uent᷑: quo igne i vltimo iudicio punient᷑ ma/
li: Sed oībus his ꝯdicit apoſtolus dicens:
Manifeſta ſunt opera carnis que ſunt imū
dicia: fornicatō: ⁊ his ſimilia q̄ p̄dico vobis:
qm̄ q talia agunt regnū dei non poſſidebūt.
Siqs aūt tp̄alia in corde ſuo p̄ponit xp̄o: ⁊ ſi
videatur habere fidē xp̄i: nō eſt tñ in eo fun
damētuꝫ xp̄s cui alia preponunt᷑: q̄tomagis
ſi cōmittat illicita: nō preposuiſſe ſed poſtpo
ſuiſſe xp̄m ꝯuincitur. Cōperi ēt quoſdā pu/
tare eos ſolum arſuros illius eternitate ſup/
plicij: qui ꝓ peccatis dignas elemoſynas fa
cere negligūt: ideo iudicē ip̄m noluiſſe exiſti
māt cōmemorare aliud ſe eſſe dicturum niſi
elemoſynas ſiue factas ſiue nō factas. Sed
qui digne ꝓ peccatis ſuis elemoſynas facit:
prius eas facere īcipit a ſeipſo: īdignuꝫ ē. n.
vt ipſe ſibi nō faciat qui facit i proximum cū
audiat dicētem deum: Diliges proximuꝫ tu
um ſicut te ipſum. Itemq̄ꝫ audiat: Miſerere
aīe tue placens deo. Hāc elemoſynam. i. vt
deo placeat nō faciēs aīe ſue quō dignas ꝓ
peccatis ſuis facere elemoſynas dicēdus ē?
Propter hoc ergo elemoſyne faciēde ſunt:
vt cū de preteritis peccatis deprecātur exau/
diamur: nō vt i eis perſeuerātes licētiā ma/
le faciēdi nos per elemoſynas cōparare cre/
damus. Ideo aūt dn̄s a dextris elemoſynas
ab eis factas i ſiniſtris nō factas ſe iputatu/
rum eſſe predixit: vt hinc oſtēderet q̄tū va/
lent elemoſyne ad priora delenda: nō ad per
petua ipūe cōmittēda peccata. ORIGE.
Vel nō vnius tm̄ iuſticie ſpēs remuneratur
ſicut exiſtimāt multi. In qualibuſcūq̄ꝫ. n. cau
ſis mādatī xp̄i qs fecerit: xp̄m cibat ⁊ potat
q fideliū iuſticiā ⁊ veritatē māducat ⁊ bibit.
Itē xp̄o algēti teximus veſtimētū accipiētes
ſapiētie texturā: adeo vt ꝑ doctrinā aliquos
doceamus ⁊ iduamus eos viſcere miſericor

dic. Qñ ⁊ ꝑparamus coꝛ noſtꝝ diuerſis vir
tutibus ad receptaculū eius vel illoꝝ q̄ ſunt
ipſius: ipſum pegrinātē ſuſcipimus i domū
peccatoꝛis nr̄i. Itē cū fratrē ifirmū ſiue i fi/
de ſiue i bono ope viſitauerimus: aut ꝑ do/
ctrinā aut ꝑ icrepationē: aut ꝑ ꝯſolationē ip
ſuȝ xp̄m viſitamus. Deinde oē qḋ hic ē: car
cer eſt xp̄i ⁊ eoꝝ q ſunt eius q ſunt i hoc mū
do degētes: quaſi ēt i carcere nature neceſſi/
tate ꝯſtricti. Cum ergo bonum opus in eis
fecerimus: viſitamus eos in carcere ⁊ chri/
ſtum in eis.

## ¶ Feria. iij. in. xl. Mathei. xxi. cap.

Cum intraſſet hieroſoly
mam: cōmota ē vniuerſa
ciuitas dicens: Quis eſt
hic? Populi autē dice-
bant: Hic eſt ieſus ꝓphe
ta a nazaret galilee. Et itrauit i tēplū
dei: ⁊ eijciebat oēs vēdētes ⁊ emētes i
tēplo: ⁊ mēſas nūmulariorum ⁊ cathe
dras vēdētiuȝ colūbas euertit. ⁊ dicit
eis: Scriptū ē: domus mea dom⁹ orō
nis vocabitur: vos aūt feciſtis illā ſpe-
luncā latronū. Et acceſſerūt ad euȝ ce
ci ⁊ claudi i tēplo: ⁊ ſanauit eos. Vidē
tes aūt pricipes ſacerdotuȝ ⁊ ſcribe mi
rabilia que fecit: ⁊ pueros clamātes in
tēplo ⁊ dicētes: oſanna filio dauid: idi
gnati ſunt ⁊ dixerunt ei: Audis quid
iſti dicunt? Jeſus aūt dixit eis: Vtiq̧
Nunq̄ legiſtis: quia ex oꝛe infantium
⁊ lactentium perfeciſti laudem?

HIERO. Introeūte ieſu cum turba tota
hieroſolymoꝝ ciuitas cōmouet̄: mirās fre/
quētiā: neſciēs veritatē. vñ dr̄. cū itraſ. hie/
roſo. commo. eſt vni. ciui. di. Quis eſt hic?
CHRY. ſup matth. Merito aūt cōmoue
bant̄ vidētes rē mirabilē: hō laudabat̄ q̄ſi d
us: ſȝ de⁹ laudabat̄ i hoīe. Puto aūt ꝙ nec
ipſi q laudabāt ſciebāt qd laudabant: ſȝ ſpūs
ſubito igreſſus i eos veritatis vba fūdebat
ORIGE. Sȝ ⁊ qñ itrauit ieſus hieroſo
lymā veterani admirantes virtutes celeſtes
dicebāt: Quis ē iſte rex glie? HIERO.
Alijs aūt vel ambigētibus vel iterroganti/
b⁹ niſi plebecula ꝯfitetur. vnde ſequit̄: Po
puli aūt dicebāt: Hic ē ieſus propheta a na/
zareth galilee. A minoꝛibus incipiunt vt ad
maioꝛa perueniant. prophetam. n. dicūt quē
moyſes ſui ſimilem dixerat eſſe venturum.
A nazareth autem galilee: quia ibi educatus
fuerat: vt flos campi nutriretur in floꝛe vir/
tutum. RABA. Notādum aūt ꝙ hic itroi
tus eius in hieruſalem fuit ante quinq̧ dies
paſche. Narrat. n. ioānes ꝙ añ ſex dies pa/
ſche venerit i bethaniam ⁊ in craſtinum aſi/
no ſedēs: venerit i hieruſalem. vbi notāda ē
ꝯcoꝛdia nō ſolum i rebus ſed etiam i tempo
ribus veteris ⁊ noui teſtamēti. Decima eniȝ
die mēſis primi agnus qui i paſcha immola
retur: domuȝ itroduci iuſſus eſt: qꝛ ⁊ dñs de
cima die eiuſdem mēſis: hoc eſt ante quinq̧
dies paſche ciuitatem: i qua pateret̄: erat i/
greſſurus. Sequitur: Et itrauit ieſus i tem
plū dei. CHRY. ſuper matth. Hoc erat
propꝛium boni filij vt ad domuȝ curreret pa
tris ⁊ illi honoꝛeȝ redderet: ⁊ tu imitatoꝛ chri
ſti factus cum igreſſus fueris i aliquam ciui
tatem primo ad eccleſiam curras. hoc etiam
erat boni medici: vt ingreſſus ad ifirmam ci
uitatem ſaluādam: primum ad originem paſ
ſionis itēderet: naȝ ſicut de templo omne bo
num egreditur: ita de templo oē malum ꝓce
dit. ſi. n. ſacerdotiū itegrū fuerit: tota eccleſia
floꝛet: ſi auteȝ coꝛruptū fuerit tota fides mar
cida eſt. ſicut. n. cum videris arboꝛem pallē/
tibus folijs: itelligis qꝛ vitiū hȝ in radice: ſic
cum videris populum idiſciplinatū: ſine du
bio cognoſce qꝛ ſacerdotium eius nō ē ſanū.
Sequitur: Et eijciebat oēs vēdētes ⁊ emē/
tes. HIERO. Sciēdum quidem eſt ꝙ iu
xta mādata legis i venerabili toto oꝛbe tem/
plo domini: ⁊ de cūctis pene regionibus iu/
deoꝛum illuc populo ꝯfluēte: inumerabiles
immolabātur hoſtie maxime feſtis diebus:
tauroꝛum: arietum: hircoꝛum: pauperibus
ne abſq̧ ſacrificio eſſent pullos columbaruȝ
⁊ turtures offerētibus. Accidebat autem vt
qui de longe venerāt victimas nō haberēt:
excogitauerūt igit̄ ſacerdotes quō prędā d̄ po
pulo facerēt: ⁊ oīa aīalia qb⁹ op⁹ erat ad ſa/
crificia vēdebāt: ⁊ vt vēderēt nō habētib⁹:

τ vt ipſi rurſus empta ſuſciperent. hāc ergo ſtrophā .i. fraudē ſe in diuerſa vertētem crebro vēnietium inopia diſſipabat: qui īdigebāt ſumptibus: τ nō ſolum hoſtias nō habebāt: ſed nec vnde emerēt. Poſuerunt itaqȝ nummularios qui mutuam ſub cautiōe darent pecuniam: ſed quia erat lege preceptum vt nemo vſuras acciperet: τ prodeſſe nō poterat pecūia fenerata que commodi nihil haberet: τ interdum perderet: ſortem excogitauerunt τ aliam thecbuyn .i. artem vt pro nūmularijs collibiſtas facerent huius verbi ꝓprietatem latina lingua non exprimit. Colliba apud illos que nos appellamus tragemata vel vilia munuſcula: verbi gratia friri ciceris vuarūqȝ paſſarum: τ poma diuerſi generis. Igitur quia vſuras accipere nō poterant: collibiſte pro vſuris accipiebāt varias ſpecies: vt que in nummo nō licebāt: in his rebus exigerēt que nūmis coemuntur: quaſi nō hoc ipſum ezechiel predicauerit dicens: Vſuram τ ſuperabundantiam non accipietis. Huiuſmodi dominus cernēs i domo patris negociationem ſeu latrocinium ardore ſpiritus ꝯcitatus tātam hominum multitudinē eiecit de templo. ORIGE. In quo nō debent vēdere τ emere: ſed orationibus tm̄ vacare: qui ꝯgregātur quaſi i domo orationis. vn̄ ſequit̄: τ dicit eis. Scriptū eſt. ſ. i eſaia: Domus mea dom⁹ orōnis vocabitur. AVGV. in regula. Nemo ergo i oratorio aliqd agat niſi ad qđ factū ē. vn̄ τ nomen accepit. Sequit̄: Vos autem feciſtis illā ſpeluncam latronum. HIERO. Latro eniȝ eſt τ templum dei i latronum ꝯuertit ſpeluncam qui lucra de religiōe ſectat̄: Mihi aūt inter omnia ſigna que fecit dn̄s: hoc videt̄ eſſe mirabilius ꝙ vnus homo: i illo tpe ꝯtēptibilis: i tm̄ vt poſtea crucifigeret̄: ſcribis τ phariſeis ꝯtra ſe ſeuiētibus τ videtib⁹ lucra ſua deſtrui potuerit ad vnius flagelli verbera tātam eijcere multitudinem. Igneum enim qddam atqȝ ſidereum radiabat ex oculis eius: τ diuinitatis maieſtas lucebat i facie. AVGV. de cō. euā. Manifeſtum aūt eſt hoc ñ ſemel: ſed iterum a dn̄o eſſe factū: ſȝ ꝑmū cōmemoratū ē a ioāne: hoc aūt vltimū a ceteris tribus. CHRY. in ho. In quo maior ē accuſatio iudeorum quoniam cum bis hoc idē feciſſet morabantur tamen in ſua dementia.

ORIGE. Myſtice aūt templum dei eſt eccleſia xpi. Sunt aūt multi i ea non ſicut decet viuētes ſpiritaliter: ſed ſm carnem militant: q domū oratiōis de lapidibus viuis cōſtructam faciūt ſpelūcam eſſe latronuȝ actib⁹ ſuis. Si aūt oꝫ tres ſpecies eiectas a templo cautius exponere: poſſum⁹ dicere: Quicūqȝ i populo xpiano ad nihil aliud vacāt niſi circa emptiōes τ vēditiōes: rarius autem i oratiōibus permanēt vel i alijs actibus rectis: ipſi ſunt: vēdētes τ emētes i tēplo dei. Diaconi qui nō bene tractāt eccleſiarum pecunias: τ diuites fiunt de rebus pauperum: ipſi ſunt nummularij pecuniarum mēſas habētes quas chriſtus euertit. ꝙ autem menſis eccleſiaſticarum pecuniarum diaconi preſint: docemur in actibus apoſtolorum. Epiſcopi auteȝ qui tradūt eccleſias quibus nō oportet ipſi ſunt qui vēdūt columbas .i. gratiā ſpirituſſancti: quoruȝ cathedras chriſtus euertit. HYLA. Iuxta ſimplicem .n. itelligētiam columbe nō erāt i cathedris: ſed i caueis: niſi forte columbarum inſtitutores ſedebant in cathedris: quod abſurdum eſt: quia in cathedris magiſtrorum magis dignitas indicat̄: que ad nihilum redigitur cuȝ mixta fuerit lucris. Obſerua etiā ꝓpter auaritiā ſacerdotū altaria dei nūmulariorum mēſas appellari. Quod aūt de eccleſijs diximus: vnuſqſqȝ đ ſe itelligat. dicit eni apoſtolus: Vos eſtis tēplum dei: nō ſit ergo i domo pectoris veſtri negociatio: nō donoꝝ cupiditas: ne igrediat̄ ieſus iratus τ rigidus τ nō alr̄ mūdet tēplū ſuū: niſi flagello adhibito: vt de ſpelunca latronū domuȝ faciat orationis. ORIGE. Vel i ſecūdo aduētu eijciet vel euertet quos inueniet i templo dei īdignos. CHRY. ſuper matth. Ideo ēt nūmularioꝝ mēſas euertit: qđ ſignificat ꝙ i templo dei nō debēt eſſe nummi niſi ſpirituales qui dei habēt imaginem: nō qui portāt imaginē terreni. Cathedras vēdētiū columbas euertit: loquēs ipſo facto qd faciūt i tēplo multe colūbe venales: ex quo vna columba gratuita deſcēdit i templū corporis mei. Qđ aūt turbe ꝯbis clamauerūt: dn̄s factis oſtēdit: vnde ſequitur: Et acceſ. ad euȝ ce. τ clau. i tē. τ ſa. eos. ORIGE. In templo eniȝ dei .i. i eccleſia nō ſunt omnes videntes neqȝ recte ambulantes: ſed qui ex eis itelligūt: quia nullius eſt opus niſi

xpi: vt ſanetur: accedētes ad verbū dei ſanātur. REMI. Quod aūt i tēplo ſanātur: ſignificat ꝙ hoīes nō niſi in eccl'ia ſanari pñt: cui data eſt poteſtas ligādi atqȝ ſoluēdi. HIERO. Niſi aūt mēſas nūmulariorꝫ ſubuertiſſʒ: cathedraſqȝ colūbas vēdētiū: ceci ꝛ claudi lucē pſtinā ꝛ ꝯcitum gradū i tēplo nō meruiſſent recipere. CHRY. in ho. Principes aūt ſacerdotū neqȝ ita pſuadebant: ſʒ ex reliquis miraculis ꝛ ex pconijs puerorꝫ euʒ extollentibus idignabantur. vñ ſequit: Vi. aūt prin. ſacer. HIERO. Cum. n. manū nō audeant i euʒ inijcere ſacerdotes: tñ opera calumniātur ꝛ teſtimoniū populi atqȝ puerorum qui clamabāt: O ſana filio dauid benedictus q venit i noīe dñi. ꝙ videlicet hoc nō dr niſi ſoli filio dei. Videāt ergo epī ꝛ qlibet ſancti hoīes cū quāto periculo dici ſibi iſta patiātur: ſi vero dño cui hoc dicebatur: qz nōdum ſolida erat credentium fides pro crimine ipigitur. CHRY. ſup math. Sicut aūt colūna ſi modicū obliquata fuerit accepto pondere amplius vadit in latus: ſic ꝛ cor hoīs cum peruerſuʒ fuerit: ſi alicuius viri iuſti opera videat vel audiat nō ꝯfirmatur ſed magis ad iuidiam ꝯcitatur. Hoc modo ſacerdotes ꝯcitati ſunt contra chriſtum dicentes: Audis quid iſti dicūt? HIERO. Sʒ chriſti reſponſio moderata fuit. Non dixit quod ſcribe audire cupiebant: bene faciunt pueri: vt mihi teſtimonium perhibeant: nec rurſum: errāt: pueri ſunt: debetis etati ignoſcere: ſed profert exemplum de octauo pſalmo: vt tacēte dño teſtimonium ſcripturarum puerorum dicta firmaret. vnde ſequitur: Jeſus aūt dicit eis: Vtiqȝ: Nunqȝ legiſtis ꝛc. CHRY. ſuper mat. Tanqȝ ſi dicat: Eſto mea culpa eſt: quia iſti clamāt: Nūquid mea culpa eſt: quia ante tot milia ānorum hoc futurum propheta predixit. Infantes autem ꝛ lactētes nec itelligere aliquem: nec laudare pñt. Dñt ergo ifantes ſi etate: ſʒ ſimplicitate cordis: lactētes āt qm̄ qſi lactis ſuauitate: ita mirabilium delectatione excitati clamabant. Lac. n. dicitur opus miraculorum: quia miracula nullum laborem videntibus ponunt: ſed videntes admiratione delectant: ꝛ ad fidem molliter inuitant. Panis autem eſt doctrina pfecte iuſticie quā accipere nō poſſunt niſi exercitati ſenſus circa res ſpirituales.

CHRY. in ho. Hoc autem ꝛ typus gētium erat ꝛ apoſtolis nō parua ꝯſolatio: vt. n. non anguſtiarentur qualiter idiote exiſtētes poſſent predicare: preuenientes pueri eorū excecerūt timorem: qm̄ ſcilicet dabit eis ſermonem qui hos fecit laudem cantare. Hoc etiam miraculum ſignificat ꝙ chriſtus conditor erat nature: quia pueri ſignificatiua loquebātur ꝛ prophetis conſona: viri autem inſipientia ꝛ inſania plena.

¶ Et relictis illis abijt foras extra ciuitatem in bethaniam: ibiqȝ manſit ꝛ docebat eos de regno dei.

CHRY. ſuper math. Malum hominē melius locū dādo pōt aliqs vincere qȝ rñdēdo: quia malicia non inſtruitur ſermonibus: ſed excitatur: ꝛ ideo dñs recedēdo cōpeſcere ſtuduit: quos rñdēdo nō compeſcuit. vnde dicitur: Et relic. il. abi. fo. extra ciui. i betha. HIERO. Hinc autem intelligēdū eſt ꝙ dñs tāte fuerit paupertatis ꝛ ita nulli adulatus ſit: vt in vrbe maxima nullum hoſpitē: nullam inuenerit manſionem: ſed i vico paruulo apud lazarū ſororeſqȝ eius habitaret. eorum quippe viculus bethania eſt. vnde ſequitur: Ibiqȝ manſit. CHRY. ſuper math. Vt. ſ. ibi maneret corporaliter vbi ſpūaliter repauſabat. nā ſanctorꝫ virorum ē ꝙ nō gaudēt vbi epule large ſunt: ſʒ vbi ſanctitas floret. HIERO. Diſcuſſis aūt noctis tenebris; cū i ciuitatem reuerteretur dñs eſurijt.

## ¶ Feria. iiij. i. xl. Mathei. xij. cap.

TUnc reſpōderūt qdā de ſcribis ꝛ phariſeis dicentes. Magiſter volum⁹ a te ſignum videre. Qui reſpōdēs ait illis: Generatio mala ꝛ adultera ſignū querit: ꝛ ſignū nō dabitur ei niſi ſignū ione pphete. Sicut eni fuit ionas i vētre ceti tribus diebus ꝛ tribus noctibus: ſic erit filius hominis i corde terre tribus diebus ꝛ tribus noctibus.

CHRY. Quia dñs ſuperius multotiens verbis inuerecũdã phariſeoꝝ obſtruxerat li/ guam: rurſus ad opa veniunt: qð admirans euãgeliſta dicit: Tũc rñderunt ei quidam de/ ſcribis ⁊ phariſeis dicẽtes: Magiſter volu/ mus a te ſignũ videre. Tũc. ſ. cũ flecti oporte bat: cum admirari: cũ obſtupeſcere: ſed tunc a malicia nõ deſiſtũt. Dicunt enim volum⁹ a te ſignum videre: vt eum capiant. HIE/ RO. Sic ſigna poſtulant: quaſi que vide/ rant: ſigna nõ fuerint: ſed in alio euãgeliſta quid petãt pleni⁹ explicaꝛ: Volumus a te ſi/ gnum videre de celo: vel in morẽ helie ignẽ de ſublimi venire cupiebãt: vel ſimilitudinẽ ſamuelis tpe eſtiuo contra naturã loci mugi re tonitrua: coruſcare fulgura: imbres ruere: q̃ſi nõ poſſint ⁊ illa calumniari ⁊ dicere ex oc cultis ⁊ varijs aeris paſſionibus accidiſſe: nam qui calumniaris ea que oculis vides: manu tenes: vtilitate ſentis quid factur⁹ eẽs in his que de celo veniunt: vtiq3 rñdebis ⁊ magos in egypto multa ſigna feciſſe de celo. CHRY. Verba aũt eorum adulatione ⁊ ironia ſunt plena: ⁊ prius quidem cõuitiabã tur demoniacum eum dicẽtes: nunc autem adulanꝛ: vocantes eum magiſtrum: ꝓpter h̃ ⁊ dñs eos vehemẽter arguit vnde ſequitur: Qui reſpondẽs ait illis: Generatio mala ⁊ adultera ſignũ querit. Et quidẽ cum ei cõui tiabanꝛ: manſuete eis reſpondebat: cum aũt adulabanꝛ: cõuitioſe: demonſtrãs ꝙ vtraq3 paſſione erat ſuperior: ⁊ neq3 cõuitijs in irã deducitur: neq3 ab adulatione mollit. Quod autem dicit tale eſt. Quid mirum ſi hoc i me facitis: qui ignotus ſum vobis: Cum in pa trem cuius tantã accepiſtis experientia3 hoc idem feciſtis: derelicto eo ad demones cur/ rentes: Propter hoc autem eos dicit gene/ rationem malam: quia ingrati ſemper facti ſunt circa benefactores ⁊ beneficijs deterio/ res fiũt: qð eſt vltime malicie. HIERO. Egregie autem dixit: Et adultera: quia dimi ſerat virum: ⁊ iuxta ezechielẽ multis ſe ama toribus copulauit. CHRY. Vnde ⁊ mõ ſtrat ſe patri equalẽ ſi ei non credere genera/ tionem adulteram facit. RABA. Deinde rñdere incipit nõ eis ſignum de celo qð indi gni erant videre: ſed de ꝓfundo inferni tri/ buens. Diſcipulis autem ſuis ſignum de ce lo dedit: quibus eterna3 beatitudinis gloriã: ⁊ prius in mõte figuraliꝛ: ⁊ poſt veraciter in celũ ſubleuat⁹ oñdit. vñ ſequiꝛ. Et ſignũ nõ dabiꝛ ei niſi ſignũ ione ꝓphete. CHRY. Nã nõ vt eos īduceret ſigna faciebat: ſciebat enim eos lapideos eſſe: ſed vt alios emẽdet aut quoniã nõ acciperẽt ſignum: quale eſt il/ lud quod petebant. Signum enim eis factũ eſt: quãdo per ꝓpriã penã cognouerũt ei⁹ vir tutẽ: hoc igitur occulte īſinuãs dicit. Signũ non dabitur ei: ac ſi diceret: Multa bene/ ficia demonſtraui: nihil horu3 vos allexit ad venerandum meã virtutem: quã cognoſce/ tis per penam quando ciuitatem veſtram in terram ꝓiectã videbitis. Interi aute3 ſermo ne3 de reſurrectione interponit: quẽ cognitu ri erant per ea que poſtea erãt paſſuri dicẽs: Niſi ſignum ione prophete. Crux enim pro fecto credita non eſſet: niſi ſigna teſtantia ha buiſſet. Hac aute3 non credita ⁊ reſurrectio vtiq3 credita non eſſet: ꝓpter hoc ⁊ ſignum hoc vocat. ⁊ figuram in medium fert vt veri tas credatur: vnde ſeqtur: Sicut fuit ionas in ventre ceti tribus diebus ⁊ tribus nocti/ bus. ⁊c. RABA. Oſtendit iudeos ad in/ ſtar niniuitarum crimnoſos: ⁊ niſi penite/ rent ſubuerſioni proximos: ſed ſicut illis de nunciatur ſupplicium ⁊ demonſtratur reme dium: ita iudei non debent deſperare veniã: ſi ſaltem poſt chriſti reſurrectionem egerint penitentiam. Ionas enim. i. columba vl' do lens: ſignum eſt eius ſuper quem deſcendit ſpirituſſanctus in ſpecie columbe: ⁊ qui do/ lores noſtros portauit. Piſcis qui ionam deuorauit in pelago ſignificat mortem quam chriſtus paſſus eſt in mundo. Tribus die/ bus ⁊ noctibus fuit ille in ventre ceti: ⁊ iſte in ſepulchro: ille eiectus eſt in aridam: iſtẽ reſurrexit in gloriam. AVGV. de con. euan. Quidam autem modum locutionis ſcripture neſcientes: noctem voluerunt ad/ uertere tres illas horas a ſexta vſq3 ad no/ nam quibus ſol obſcuratus eſt: ⁊ diem tres horas alias quibus iterum terris eſt reddi/ tus. i. a nona vſq3 ad eius occaſu3. Seqt. n. nox futura ſabbati: qua cu3 ſuo die cõputata erũt iam due noctes ⁊ duo dies: Porro aũt poſt ſabbatu3 ſequitur nox prime ſabbati. i. illuceſcentis diei dominici in qua tũc dñs re ſurrexit. Erũt ergo due noctes ⁊ duo dies: ⁊ vna nox etiam ſi tota poſſet intelligi: nec

oſtenderemus ꝙ illud diluculum pars eius
extrema ſit: quapꝑ nec ānumeratis illis ſex
horis quarum tribus tenebratus eſt ⁊ tribus
illuxit: conſtabit ratio trium dierum ⁊ trium
noctium. reſtat ergo vt hoc inueniat̄ illo ſcri
pturarum vſitato loquendi modo quo a par
te totum intellige. HIERO. Non ꝙ om
nes tres dies ⁊ tres noctes in infernum fe/
cerit: ſed ꝙ in parte paraſceues ⁊ dominice:
⁊ tota die ſabbati tres dies ⁊ tres noctes in/
telligantur. AVGV. iiij. de trinita. Ipm
enim triduum non plenum ⁊ totū fuiſſe ſcri
ptura teſtis eſt: ſed primus dies a parte ex/
trema totus annumeratus eſt: dies vero ter
tius a parte prima ⁊ ipſe totus: medius autē
īter eos. i. ſecūdus dies abſolute totꝰ. xxiiij.
horis ſuis. xij. nocturnis. xij. diurnis nox
enim vſqꝫ ad diluculum: quo domini reſur
rectio declarata eſt: ad tertium pertinet diē.
Sicut enim primi dies propter futurum ho
minis lapſum a luce in noctem: ita iſti ꝓpter
hominis reparationem a tenebris in lucem
computantur. CHRY. Non autem ma/
nifeſte dixit ꝙ reſurgeret quia eū deriſiſſent:
ſed occulte inſinuat: vt ⁊ illi crederent quod
preſciuit. Nō aūt dixit ī terra: ſꝫ ī corde terre
vt ⁊ ſepulchrum oſīderet: ⁊ ꝙ nullus ſolam
mortis apparentiam ſuſpicetur. Et tres di/
es propter hoc poſuit: vt credatur ꝙ mortuꝰ
eſt. Sed ipſa figura veritatem demonſtrat:
non. n. fuit ionas in vētre ceti in phantaſia:
ſed in veritate: neqꝫ figura fuit in veritate: ⁊
veritas in imaginatione: propter quod ma/
nifeſtum eſt ꝙ filij ſunt diaboli marchionez
ſequentes: qui chriſti paſſionem ꝑhantaſticā
eſſe aſſeruit: ⁊ ꝙ pro eis eſſet paſſurus lꝫ eis
non proficeret oſtendit: per hoc innuit ꝙ illi
generationi ſignuꝫ daretur Jone prophete.

¶ Uiri niniuite ſurgēt in iudicio cū
generatione iſta: ⁊ condemnabunt eā:
quia penitentiam egerunt in predica
tiōe ione. Et ecce pluſq̄ iona hic. Re
gina auſtri ſurget in iudicio cum gene
ratione iſta ⁊ condemnabit eam: quia
venit a finibus terre audire ſapienti
am ſalomonis. Et ecce pluſq̄ ſalo
mon hic.

CHRY. Ne aliqs exiſtimaret ꝙ talia de
inceps futura eſſent in iudeis qualia niniui
tis contigerant: vt ſicut ionas illos conuer/
tit ⁊ ciuitas fuit a ꝑiculo liberata: ita iſti poſt
reſurrectionem conuerterentur: dominꝰ nūc
totum contrarium oſtendit: qm̄. ſ. ex bn̄ficio
paſſionis nullum fructum perceperunt: ſed
⁊ grauia patientur vt infra oſtendit per exē
plum demonis. Interim autem oſtendit ꝙ
iuſte patient̄ dicens: Uiri niniuite ſurgēt in
iudicio cū generatione iſta. REMI. Oſtē
dit aūt dn̄s his verbis vnam eſſe maloꝝ ⁊
bonoꝝ reſurrectionē futurā: cōtra quoſdam
hereticos: q dixerunt vnā eſſe reſurrectionē
bonorum ⁊ alterā malorū. Deſtruitur etiam
his verbis fabula iudeoꝝ q ſolent dicere ꝙ
an̄ iudicium mille annis celebretur reſurre/
ctio: aperte his verbis oſtēdēs quia mox vt
celebrabitur reſurrectio: celebrabitur ⁊ iudi/
cium ⁊ ꝯdemnabūt eam. HIERO. Nō
ſnie poteſtate: ſed comparatōis exemplo. vn̄
ſubdit. Quia penitētiaꝫ egerūt ī predicatiōe
iōne: ⁊ ecce pluſqꝫ ionas hic. Hic aduerbiū
loci: nō pronomē ītelligas. Jonas ſm̄. lxx.
īterpretes triduo predicauit: ego tāto tempo
re. Ille aſſyrijs gēti īcredule. ego iudeis po
pulo dei. Ille voce locutus eſt ſimplici: nihil
ſignorum faciēs: ego tāta faciēs: beelzebub
calumniam ſuſtineo. CHRY. Non au/
tem hic ſtat dominus ſed ⁊ aliam ānūciatio/
nem adiūgit dicēs. Re. au. ſur. in iu. cuꝫ ge
ne. iſta: ⁊ cōdem. eam q: ve. a fi. ter. au. ſap.
ſalo. Iſtud plus fuit q̄ꝫ prius. Jonas enim
ad illos abijt: regina auteꝫ auſtri nō expecta
uit ſalomonem ad ipſam ire: ſed ipſa ad cuꝫ
acceſſit: ⁊ mulier ⁊ barbara: ⁊ tātum remota
nō mortem formidās ſola cupidine verbo/
rum ſapiētum. Ibi ergo mulier aduenit: hic
ego veni. Et ipſa quideꝫ a finibus terre ſur
rexit: ego autem ciuitates: ⁊ caſtra circumeo.
Et illa quidem de arboribus ⁊ lignis diſpu
tauit: ego autem de ineffabilibus myſterijs.
HIE. Eodē ꝗ mō condēnabit regia auſtri
ꝑplm iudeoꝝ: quo condēnabūt viri niniui/
te iſraelē īcredulē. Iſta ē regina ſaba: d̄ qua
ī regū volumine ⁊ ī paralyppomenō legimꝰ
q̄ ꝑ tātas difficultates gēte ſua ⁊ īperio dere
lictis: venit in iudeā ſapiētiā audire ſalomo
nis: ⁊ ei multa munera obtulit. In niniue āt
⁊ in regina ſaba occulte fides nationum pre
fertur iſraeli. RABA. Niniuite ſignifi/

eant eos qui peccare deſiſtunt: regina vero
eos qui peccare neſciunt: penitẽtia enim pec
catū abolet. ſapientia cauet. REMI. Pul
chre autem eccleſia de gentibus congregata
regina dicitur: quia mores ſuos regere no/
uit. De qua pſalmiſta: Aſtitit regina a de/
xtris tuis. Auſtri autem regina eſt: quia ar/
dore ſpiritusſancti ſuperabundat. Auſter
enim ventus calidus ſignificat ſpiritumſan
ctum. Salomon autem qui interpretatur pa
cificus: ſignificat ipſum de quo dictum eſt:
Ipſe eſt pax noſtra.

¶ Cum autem immundus ſpiritus
exierit ab homi.: ambulat per loca ari
da querens requiem ⁊ non inuenit.
Tunc dicit Reuertar in domum me
am vnde exiui. Et veniens inuenit eā
vacantem: ſcopis mundatam ⁊ orna/
tam. Tunc vadit ⁊ aſſumit ſeptem ali
os ſpiritus ſecum nequiores ſe: ⁊ intrā
tes habitant ibi: ⁊ fiunt nouiſſima ho/
minis illius peiora prioribus. Sic erit
generationi huic peſſime.

CHRY. Quia dn̄s dixerat iudeis: Viri
niniuite ſurgent in iudicio ⁊ condemnabunt
generationem iſtam: ne propter tẽporis tar
dationem ꝯtemnerent ⁊ fierent pinguiores:
oſtendit ꝙ non ſolum in futuro ſeculo: ſed ⁊
hic grauiſſima patiẽtur: futuram in eis pe/
nam ſub quodā enigmate ſubdens. vnde di
cit: cuꝫ aūt immū. ſpi. exi. ab homine. HIE
RO. quidam iſtum locum de hereticis di/
ctuꝫ putant: ꝙ immundus ſpiritus qui i eis
ante habitauerat: quando gentiles erant: ad
confeſſionem vere fidei eijciatur. poſtea ve
ro cum ſe ad hereſim tranſtulerint: ⁊ ſimula
tis virtutibus ornauerint domum ſuam: tūc
alijs ſepteꝫ neq̄ꝫ ſpiritibus adiunctis: reuer
tatur ad eos diabolus: ⁊ habitet ī illis: fiatqꝫ
nouiſſima eorum peiora prioribus. multo q
dem peiori conditione ſunt heretici q̄ꝫ genti
les: qꝛ in illis ſpes fidei: ī iſtis eſt pugna di/
ſcordie: cum hec intelligentia plauſum quen
dam ⁊ colorem doctrine preferat: neſcio an
habeat veritatem: ex eo enim ꝙ finita vel pa
rabola vel exemplo: ſequitur: ſic erit genera
tioni huic peſſime. compellimur non ad he/
reticos ⁊ quoſqꝫ homines: ſed ad iudeorum
populum referre parabolam: vt contextus
loci non paſſimus ⁊ vagus in diuerſum flu/
ctuet: atqꝫ inſipientium more turbetur: ſed
herens ſibi vel priora vel ad poſteriora vn/
de reſpondeat. Immundus ſpiritus exijt a
iudeis: quando acceperunt legem. Expul/
ſus aūt a iudeis ambulauit ꝑ gentiū ſolitudi
nes. vñ ſequitur: Ambulat per lo. ari. q̄. ſi/
bi requiem. REMI. Loca arida appellat
corda gentium ab omni humore ſalutarium
aquaꝝ: hoc eſt ſanctaꝝ ſcripturaꝝ ſpiritaliū
donorum: ⁊ ab infuſione ſancti ſpiritus alie
na. RABA. Vel loca arida ſunt corda fi
delium: que a molline fluxe cogitationis ex/
purgata callidus inſidiator explorat: ſiquos
greſſus ibi figere poſſit: ſed caſtas mentes
effugiens diabolus in ſolo corde prauorum
gratā ſibi pōt inuenire quietē. vñ ſequit̄. Et
non inuenit. REMI. Putabat aūt diabo
lus ſe perpetuam quietem poſſe habere i gē
tili populo ſed ſubditur: Et nō inue. qꝛ appa
rente dei filio per myſterium incarnationis
ſue gentilitas credidit. HIERO. Que
cū domino credidiſſet: ille nō inuēto loco in
nationibus dixit: Reuer. ad do. me. vñ exi/
ui. Habeo iudeos quos ante dimiſeraꝫ. Et
veni. inue. va. ſcopis mun. ⁊ orna. Vacabat
enim tēplū iudeoꝝ: ⁊ chriſtū hoſpitē non ha
bebat dicentem: Surgite ⁊ abeamus hinc.
Quia igitur ⁊ dei ⁊ angelorum preſidia nō
habebant: ⁊ ornati erant ſuperfluis obſerua
tionibus legis ⁊ traditionibus phariſeoruꝫ:
reuertitur diabolus ad ſedem ſuaꝫ priſtinā:
⁊ ſeptēnario numero ſibi addito demonum
habitant priſtinam domum: ⁊ fiunt nouiſſi/
ma illius populi peiora prioribus: multo eni
nunc maiore demonum numero poſſidenē:
blaſſemantes in ſynagogis ſuis chriſtum ie
ſum: q̄ꝫ in egypto poſſeſſi fuerant ante legis
noticiam: quia aliud eſt venturum non cre/
dere: aliud nō ſuſcepiſſe qui venerit: Septē
narium autem numerum adiunctum diabo
lo vel propter ſabbatum intellige: vel propē
numerum ſpiritusſancti: vt quomodo in eſa
ia ſuper florem qui de radice ieſſe deſcendit
ſeptem ſpiritus virtutum deſcendiſſe narrā
tur ita econtrario viciorum numerus in dia
bolo conſecratus ſit. Pulchre ergo ſeptem
ſpiritus aſſumi dicuntur: vel propter viola/

tionē ſabbati: vel pp criminalia peccata q̄ cō
traria ſunt ſeptē donis ſpūſſci. CHRY.
Vel hic penam coꝝ demonſtrat: dicit enim
ꝙ cū demoniaci liberati fuerint ab infirmita
te: ſi deſidiores efficiantur grauiorem attra/
hunt aduerſus ſe phantaſiam: ita ⁊ in vobis
fiet. Eteni ante detinebamini a demone quā
do idola adorabatis: ⁊ filios veſtros demo/
nibus occidebatis: ſed tamen non dereliqui
vos: ſed expuli demonem illum per prophe
tas: ⁊ per me metipſuꝫ rurſus veni: ampli⁹
expurgare vos volens. Q2 igitur non vul/
tis attendere: ſed in maiorem excidiſtis neq/
tiam: grauius enim eſt occidere xpm: q̄ꝫ pro
phetas: propter hoc difficiliora patiemini.
Que enim ſub veſpaſiano ⁊ tyto contigerūt
eis multo grauiora fuerūt his que paſſi ſunt
in egypto: ⁊ ī babylone: ⁊ ſub antiocho: nec
hoc ſolum oſtēdit: ſed quoniam ab omni vir
tute erunt deſolati: ⁊ demonum actibus oc/
cupabiles magis q̄ꝫ ante. Hoc autem non
ſolum ad illos: ſed ad nos etiaꝫ dicta eſſe ra
tionem habet: ſi illuminati: ⁊ a prioribus eru
ti malis rurſus ab eadem poſſideamur neq/
tia. Etenim difficilior iam erit pena poſterio
rum peccatoruꝫ propter quod paralytico chri
ſtus dixit: Ecce ſanus factus es: noli pecca/
re: ne deterius tibi aliquid contingat. RA
BA. Homo enim quilibet ad fidem cōuer
ſus eſt a quo diabolus per baptiſmum eijci/
tur: qui eiectus inde loca arida peragat. i. cor
da fidelium. GREGO. xxxiij. mora: lo/
ca enim arentia: atq̄ꝫ inaquoſa ſunt corda iu
ſtorum: que per diſcipline fortitudinem ab
omni carnalis concupiſcentie humore ſiccan
tur. Loca vero humentia ſunt terrenorū ho
minum mentes quas humor carnalis concu
piſcentie quia replet fluidas facit: in quibus
diabolus iniquitatis ſue veſtigia tanto alti⁹
imprimit: q̄ꝫto in eiſdem mentibus pes tran
ſitus illius quaſi iſlutra terra deſcēdit. RA
BA. Rediens autem ad domum ſuam vn
de exiuerat: Inuenit eam vacantem a bonis
actibus per negligentiam: Scopis munda/
tam. ſ. a vitijs priſtinis per baptiſmum: O2
nataꝫ ſimulatis virtutibus: per hypocriſim.
AVGV. de que. euā. Vnde per hec ver
ba ſignat dominus quoſdam ita crediturós:
vt non poſſint ferre laborem continentie ⁊
ad ſeculuꝫ redituri ſunt: Q2 ō dicit: Aſſumit
ſecum alios ſeptē. intelligitur: quia cum q̄s
ceciderit de iuſticia etiaꝫ ſimulationem hēbit
Cupiditas enim carnis expulſa per peniten
tiam conſuetis operibus cum non inuenerit
in quibus delectationibus conquieſcat audi
us redit: ⁊ rurſus occupat menteꝫ hominis:
ſi negligentia ſubſecuta eſt: vt non introdu/
ceretur tanq̄ꝫ habitator mundate domui ſer/
mo dei per ſanam doctrinam: ⁊ q̄m non ſo/
lum habebit illa. vij. vitia que. vij. virtutib⁹
ſunt contraria ſpiritalibus: ſed etiam per hy
pocriſim ſe ipſas habere virtutes ſimulabit:
propterea aſſumptis ſecuꝫ. vij. alijs nequio
ribus: hoc eſt ipſa ſeptenaria ſimulatione re
dit ipſa concupiſcentia: vt ſint nouiſſima ho
minis illius peiora prorib⁹. GREGO.
vij. mora. Plerumq̄ꝫ etiam fit vt cum mens
ex ipſo exordio ſui profect⁹ extollitur: cumq̄ꝫ
ſe iam quaſi de virtutibus erigit ſeuienti cō/
tra ſe aduerſario aditum pandat: tantoq̄ꝫ ſe
vehementius in eius confractione exhibet:
quāto ⁊ grauius quia vel ad modicum fue/
rat prouectus dolet.

C Adhuc eo loquente ad turbas: ec
ce mater eius ⁊ fratres ſtabant foris:
querentes loqui ei. Dixit autem ei
quidam: Ecce mater tua ⁊ fratres tui
foris ſtant querentes te. At ipſe reſpō
dens dicenti ſibi ait: Que eſt mater
mea: ⁊ qui ſunt fratres mei? Et exten
dens manuꝫ in diſcipulos ſuos dixit:
Ecce mater mea ⁊ fratres mei. Qui/
cunq̄ꝫ enim fecerit voluntatem patris
mei qui in celis eſt: ipſe meus frater ſo
ror ⁊ mater eſt.

HYLA. Quia predicta omnia in paterne
maieſtatis virtute loquebatur: nunciãti ſibi
ꝙ foris a matre atq̄ꝫ fratribus expectaretur
quid reſponderit: euāgeliſta demonſtrat ſub
dens: Adhuc eo loquēte ad turbas: ecce ma
ter eius ⁊ fratres foris ſtabant: querentes lo
qui ei. AVGV. de cō. euā. Hoc ſine du
bio conuenienter geſtum intelligere debe/
mus. premiſit enim cum ad hoc narrandum
trāſiret: Adhuc eo loquēte ad turbas. Quid
eſt autem Adhuc niſi quando illud loqueba
tur: Maꝫ ⁊ marcus poſt illud qō de blaſphe-

mia ſpiritusſancti rettulerat dixit: Et venīt mater eius ⁊ fratres: Lucas aūt nō hui⁹ rei geſte ordinem tenuit: ſed preoccupauit hoc ⁊ recordatuʒ ante narrauit. HIERO. contra heluidium: Hinc heluidij vna ꝓpoſitio ſumitur: ex hoc ꝙ fratres domini in euangelio nominātur. Unde inquit fratres dn̄i dci ſunt: qui nō erāt fratres. Sed iam nūc ſciendum eſt quattuor modis in ſcripturis diuinis fratres dici: natura: gente: cognatione: ⁊ affectu. Natura: vt eſau ⁊ iacob. Gente: vt omnes iudei fratres inter ſe vocant̄: vt i deutronomio. Non poteris conſtituere ſuper te hominē alienum qui nō eſt frater tu⁹. Porro cognatōe frēs vocāt̄ q ſūt de vna familia: ſic in geneſi. Dixit aūt abraā ad loth: Nō ſit rixa iter te ⁊ me: qm̄ fratres ſumus. Affectu etiā fratres dicūt̄: quod in duo diuiditur: in ſpāle ⁊ commune: in ſpāle: qr omnes chriſtiani fratres dicunt̄: vt ſaluator dicit: Uade dic fratribus meis. Porro in cōmune: quia omnes hoīes ex vno patre nati: pari iter nos germanitate coniungimur: ſicut ibi: Dicite his qui oderūt vos fratres noſtri vos eſtis. Interrogo ergo iuxta quem modum fratres domini in euāgelio appellētur: Iuxta naturam? ſed ſcriptura nō dicit: nec Marie eos vocans filios nec ioſeph. Iuxta gentē? Sed abſurdum eſt vt pauci ex iudeis vocati ſint fratres cū oēs q ibi fuerāt iudei: fratres potuerint appellari. Iuxta affectum humani iuris ⁊ ſpiritus verum ſit: qui magis erāt fratres q̄ʒ apoſtoli: quos dominus docebat itriſecus? Aut ſi omnes quia homines ſunt fratres: ſtultum fuit nūciare quaſi ꝓpriū. Ecce fratres tui q̄rūt te. Reſtat igit̄ vt fratres eos intelligas appellatos cognatiōe non affectu: ñ gentis priuilegio: non natura. HIERO. ſuper matth. Quidam vero fratres dn̄i de alia vxore ioſeph filios ſuſpicātur: ſequētes delyramēta apocriphoꝝ: ⁊ quādam mecham vel eſcham mulierculā cōfingētes. nos aūt frēs dn̄i: nō filios ioſeph: ſʒ cōſobrinos ſaluatoris ſororis Marie matertere dn̄i filios itelligimus: que eſſe dicit̄ mater iacobi minoris ⁊ ioſeph ⁊ iude quos in alio euāgelij loco fratres domini legimus appellatos: fratres autē cōſobrinos dici omnis ſcriptura demerat. CHRY. Vide autem ⁊ fratꝝ eius elationē. cum enim deceret eos i

gredi ⁊ audire cū turba: vel ſi h̄ nō vellēt: expectarēt finē ſmōis ⁊ tūc eū adire: hi ꝗ̄ eum vocāt ⁊ coram omnibus hoc faciūt: ⁊ ſuperfluum honoris amorem oſtēdentes ⁊ mōſtrare volētes ꝙ cum omni poteſtate chriſto aliquid iniūgunt: qđ ⁊ euāgeliſta oſtendit hoc ipſum obſcure inſinuans cum dicit. Adhuc eo loquēte: ac ſi diceret: Nūquid non erat tēpus aliud? Quid autē ⁊ loqui volebāt ſi pro veritatis dogmatibus cōmuniter hoc ꝓponere oportebat: vt alios lucrarent̄. ſi autem de alijs ſibipſis pertinētibus nō oportebat ita feſtināter vocare. vnde manifeſtū eſt qm̄ ſolum ex vanagloria hoc faciebant: AUG. de natura ⁊ gratia. Sed quicquid dicatur de fratribus de ſancta virgīe Maria ꝓpter honorem chriſti nullam prorſus cum de peccatis agit̄ habere volo queſtionem. Inde enim ſcimus ꝙ ei plus gratie collatū fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum: ꝙ cōcipere ⁊ parere meruit eum quem cōſtat nullū habuiſſe peccatum. Sequit̄: Dixit ei quidā: Ecce mater tua ⁊ fratres tui foris ſtant querentes te. HIERO. Videt̄ mihi iſte qui nūciat nō fortuitu ⁊ ſimpliciter nunciare: ſed inſidias tendere vtrum ſpirituali operi carneʒ ⁊ ſanguinem preferat. vnde ⁊ dn̄s nō ꝙ matrem negaret ⁊ fratres exire contempſit: ſed quo reſponderet inſidianti. CHRY. Neq̄ʒ autem dixit: Uade dic ei qm̄ nō eſt mater mea: ſed ad eum qui nūciauerat extendit ſermonem. Sequit̄ enim. At ipſe reſpōdēs dicenti ſibi ait: Que eſt mater mea: ⁊ qui ſunt fratres mei. HYLA. Nō autem faſtidioſe de matre ſua ſenſiſſe exiſtimādus ē cui in paſſione poſitus maxime ſollicitudinis tribuit affectum. CHRY. Nō ſi negare vellet matrem: tūc vtiqʒ negaſſet quādo iudei exprobrabāt ei de matre. HIE. Non ergo iuxta marchionem ⁊ manicheum matreʒ negauit: vt natus de phātaſmate putaret̄: ſed apoſtolos cognationi pretulit. vt ⁊ nos in comparatione dilectionis carni ſpm̄ preferam⁹: nec maternum refutat obſequiū pietatis: cuius preceptū eſt Honora pa. tuū ⁊ matrem tuā. Sʒ p̄ṅis ſe myſterijs vel affectib⁹ amplius q̄ʒ maternis debere demſat. vnde ſeqtur: Et ex. ma. i dici. di: Ecce mr̄ mea ⁊ fra. mei. GREGO. in ho. Fideles quidē diſcipulos fratres noiare dignatus eſt dn̄s di

tens: Ite nunciate fratribus meis. qui ergo
frater dñi fieri ad fidē veniēdo potuit: querē
dum est quō etiā poſſit eſſe mater: Sꝫ ſcien/
dum nobis eſt: qꝛ qui chriſti frater vel ſoror
eſt in credendo: mater efficit predicādo: qua
ſi enim parit dñm quē cordi audientis ifun
dit: ⁊ mater eiꝰ efficit: ſi per eius vocē amor
dñi in pmi mēte generat. CHRY. Cū
bis autez que dicta ſunt ⁊ aliud nos docuit.
vz. in nulla cognatione cōfidentes virtutem
negligere. Si eni matri nihil pdeſt matrem
eſſe niſi virtus adeſſet: quis vtiqꝫ alius per
cognationem ſaluabit? Vna enim nobilitas
ſola eſt: dei facere volūtatē. ⁊ ideo ſequitur:
Quicūqꝫ eni fecerit voluntatē patris mei q
in celis eſt ⁊c. Multe mulieres beatificaue/
runt ſcām virginē illā ⁊ eius vterum: ⁊ op/
tauerunt tales fieri matres. Quid eſt igit qd
phibeat? Ecce latam vobis cōſtituit viam: ⁊
lꝫ nō mulieribus ſolum: ſed ⁊ viris fieri ma
trem dei. HIERO. Dicamus aūt ⁊ alit:
Saluator loquit ad turbas: intrinſecus eru/
dit nationes: mater eius ⁊ fratres: hoc eſt ſy
nagoga ⁊ ppl's iudeorū foris ſtāt. HYLA.
Cum itaqꝫ ingrediendi ad eum haberent vt
ceteri poteſtatē: ſꝫ qꝛ in ſua venit ⁊ ſui eum
non receperūt: igreſſu eiꝰ atqꝫ aditu abſtinēt.
GRE. i ho. Vnde ⁊ mater eiꝰ cum q̄ſi nō
agnoſcit foris ſtare perhibet: qꝛ. vꝫ. ſynago
ga icirco ab auctore ſuo non recognoſcitur:
qꝛ legis obſeruationē tenens ſpūalē intelle/
ctum perdidit: ⁊ ſe ad cuſtodiam littere foris
fixit. HIERO. Cūqꝫ rogauerint ⁊ que/
ſierint ⁊ nuncium miſerint rñſum accipiēt:
liberos eos eſſe arbitrij: ⁊ intrare poſſe ſi ve
lint ⁊ ipſi credere.

¶ Feria. v. in. xl. Joannis. viij. cap.

Dicebat ieſus ad eos qui
crediderunt ei iudeos.
Si vos manſeritis in ſer
mōe meo: vere diſcipuli
mei eritis ⁊ cognoſcetis
veritatē ⁊ veritas liberabit vos: Re
ſpōderūt ei iudei: Semē abrae ſumꝰ ⁊
nemini ſeruiuimus vnq̄. Quomodo
tu dicis: liberi eritis? Reſpōdit eis ie
ſus. Amen amen dico vobis: quia om
nis qui facit peccatum ſeruus eſt pecca
ti. Seruus autem nō manet in domo
in eternum. Filius autē manet in eter
num. Si ergo vos filius liberauerit:
vere liberi eritis.
AVGV. Voluit dñs in pfundū fūdare
fidē eorū qui crediderāt: vt nō ſupficie tenus
crederēt. ⁊ iō dr. Dicebat ieſus ad eos q cre
diderūt ei iudeos: Si vos manſeritis in ſer
mone meo: vere diſcipuli mei eritis: Per h
q dicit: Si manſeritis: oſtēdit ea que in co/
rum corde erāt. Sciebat. n. qm crediderūt q
dem: ſed nō māſerūt: ⁊ magnū qd eis pmit/
tit. ſ. vere diſcipulos eiꝰ fieri: In quo occulte
tangit quoſdam qui prius ab xpo receſſerāt:
⁊ illi eum audierūt ⁊ crediderūt ⁊ receſſerūt.
qꝛ nō pmāſerūt. AVG. de ver. do. Oēs
aūt nos vnū magiſtrū hēmus: ⁊ ſub illo con
diſcipuli ſumus. Nec iō magiſtri ſumꝰ: qa
de loco ſupiore loqmur ſꝫ magr eſt oīuꝫ q ha
bitat in nobis. ad diſcipulū aūt parū eſt acce/
dere: ſed opꝫ manere nos. ſi in illo nō māſe
rimus cademus. Breue opus: breue verbū:
magnū opc ſi māſeritis. Quid eni eſt in ver
bis dei manere: niſi nullis tentationibꝰ cede
re. Si labor non eſt gratis accipis premiuꝫ.
Si labor eſt: attende magnū premiū ⁊ cogno
ſcetis veritatē. AVGV. ſuper Joā. q. d.
Qꝛ nūc credētes eſtis: manēdo videntes eri/
tis. Nō eni qꝛ cognouerūt crediderūt: ſꝫ vt co
gnoſcerēt crediderūt. Quid eni eſt fides: ni/
ſi credere qd non vides? ꝩitas qd credidiſti
videre. Si ergo pmaneat in eo qd credit: p/
uenit ad id qd videat: vt. ſ. cōtēplemur ipſā
veritatē ſicuti eſt: nō per verba ſonantia ſed
p lucē ſplēdentē. ꝩitas icōmutabil ē: pāis ē
mētis: reficit: nec dficit: mutat veſcētē: nō ip ſa
i veſcētē mutat. Ipſa āt ꝩitas ꝩbū di ē. hec
ꝩitas carne iduta eſt. pter nos latebat i car
ne non vt negaret ſꝫ vt differret vt in carne
pateret: vt caro peti redimeret. CHRY.
Vel cognoſcetis ꝩitatē: hoc eſt me. Ego. n.
ſum ꝩitas: iudaica qdē oia typus erāt: ꝩita
tem aūt a me ſcietis. AVGV. de ver. do.
Forte aliqs diceret. Et qd mihi pdeſt cogno
ſcere ꝩitatē? ⁊ ideo ſubiūgit: Et veritas libe

rabiť vos. q. d. Si nō delectat veritas: dele/
ctat libertas. Liberari. n. ꝓpͤ dr̄ liberꝫ fieri:
quō ſanari ſanū fieri. Hoc in v̄bo greco pla
nius eſt: nam in cōſuetudine latina maxime
in eo cōſueuimus audire hoc verbū: vt quū/
qꝫ liberatur: intelligať pericula euadere: mo
leſtijs carere. THEOPHI. Sicut autē
ſupra infidelibus ait: In peccatis veſtris mo
riemini: ſic manentibus in fide: abſolutionē
annūciat peccatorꝫ. AVGV. iiij. de tri.
Vnde etiam v̄itas liberabit niſi a morte: a
corruptione: a mutabilitate. Veritas quippe
īmortalis incorrupta incōmutabilis ꝑmanet
vera aūt incōmutabilitas eſt ipſa eternitas.
CHRY. Eorum autē qui crediderāt erat
etiam increpationes ſufferre: ſed hi ſtatim ſe
uiunt. Si autē oportebat eos turbari in ꝓpo
ri conuenientius erat vt turbarentur in hoc
. ſ. q̄ ixit. Cognoſcetis veritatem vt dicerēt
Nūc ergo veritatem neſcimus: lex igiť men
dacium eſt ⁊ cognitio noſtra: ſed nullius ho
rum eis cura erat: ſed de mundanis rebꝰ do
lent. Nō eniꝫ aliā ſeruitutē nouerāt niſi mū
danam: vnde ſequiť: Rn̄derunt ei iu. ſemen
abrae ſumus ⁊ ne. ſer. vnq̄ꝫ: quō tu di. li. eri
tis. q. d. eos qui de genere ſunt abrae qui ſunt
ingenui non oportebat ſeruos vocare: nūq̄ꝫ
enim ſeruiuimus. AVGV. Vel hoc rn̄/
derunt non illi qui iam crediderant: ſed qui i
turba erant nondū credentes. hoc autē ipſuꝫ
Nemini ſeruiuimus vnq̄ꝫ ſm̄ huius tp̄is li
bertatem quō verꝫ dixiſtis: Joſeph nō eſt ve
nūdatus: ꝓphe ſancti in captiuitatē nō ſunt
ducti: o ingrati quid eſt quod vobis aſſidue
imputat deus: q̄ vos de domo ſeruitutis li/
berauit: ſi nemini ſeruiſtis: Vos autem qui
loquimini quō ſoluebatis tributa romanis:
ſi nemini vnq̄ꝫ ſeruiſtis: CHRY. Quia
vero nō ad vanā gloriā erāt que dicebanť a
chriſto: ſed ad ſalutē: nō voluit oſtendere eos
ſeruos eſſe hominū ſed peccati: que difficilli
ma ſeruitus eſt: a qua ſolus deus eripe pōt.
vnde ſequiť: Rn̄dit eis ieſus. Amē amē di.
vo. q2 om. qui fa. pe. ſer. eſt peccati. AV/
GV. Multum cōmēdat qđ ſic ꝓnunciat:
quodāmodo ſi dici fas eſt; iuratio eius eſt.
Amē q̄ppe īterpretať verꝫ: ⁊ tn̄ nō eſt interꝑ
tatum: nec grecus hoc īterpres auſus eſt fa/
cere vel latinus. Nam hoc verbū amen he/
breum eſt: nō eſt autē interpretatū vt honorē

haberet velamēto ſecreti: nō vt eſſet ligatuꝫ:
ſed ne vileſceret nudatum. Jam quantū hoc
cōmendatū ſit: ex ipſa geminatione cognoſci
te. Verꝫ dico vobis. veritas dicit: que ꝓ vtiq̄ꝫ
⁊ ſi non diceret verꝫ dico: mentiri eo nō poſ
ſet: tn̄ inculcat: dormientes quodāmodo exci
tat: cōtēni non vult quod dicit. O is inq̄t iu/
deus: grecus: diues: pauper: impator: ⁊ mē
dicus ſi facit peccatum: ſeruus eſt peccati.
GREGO. iij. mor. Quia q̄ſq̄s ſe prauo
deſiderio ſubijcit iniq̄tatis dn̄o dudum libe/
ramentis colla ſupponit. ſed huic dn̄o cōtra
dicimus: cum iniq̄tati que nos ceperat relu/
ctamus: cuꝫ conſuetudini violēter reſiſtimꝰ:
cum culpā penitēdo percutimus: ⁊ maculas
ſordiū lachrymis lauamus. GREGO.
xxv. mora. Quanto aūt aliq̄ liberius ꝑagunt
ꝑuerſa que volūt: tanto eius ſeruitio obnoxi
us obligāť. AVGV. O miſerabilis ſui/
tus: ſeruus hominis aliq̄ñ ſui dn̄i duris im/
perijs fatigatus: fugiendo requieſcit: ſeruꝰ
peccati quo fugit: ſecum trahit quocūq̄ꝫ fuge
rit. Peccatū enim qđ facit ītus eſt: voluptas
trāſit: pctm̄ non trāſit. preterijt qđ delectabat
remanſit qđ pungat. Solus de pctō liberare
pōt: qui venit ſine pctō: ⁊ factꝰ eſt ſacrificium
pro pctō. Nā ſequiť. Seruus aūt nō manet
in domo in eternū. Eccleſia eſt domꝰ: ſeruꝰ
peccator eſt: multi intrant in eccleſia peccato/
res. nō ergo dixit: Seruus nō eſt in domo:
ſed nō manet in domo ī eternū. Si ergo nul
lus ibi ſeruus erit: quis ibi erit: q̄s gloriabiť
mūdū ſe eſſe a pctō: multū nos terruit. ſꝫ ad
iungit: Filius aūt manet in eternū. Ergo ſo
lus in domo ſua erit chriſtus: An forte in h̄
q̄ dicit filius: caput ⁊ corpus eſt: Non eni ſi
ne cā terruit: ⁊ ſpē ḋdit: terruit: ne pctm̄ ama
remus. ſpē dedit: ne de peti abſolutione diffi
deremus. h̄ eſt ḡ ſpes nr̄a: vt a libero libere
mur. ipſe. n. preciū dedit: nō argentū: ſꝫ ſan
guinē ſuū: ⁊ ꝓpter hoc ſubdiť. Si ex. fi. vos
lib. ve. li. er. AVGV. de ver. do. Non a
barbaris: ſed a diabolo: nō a corporis capti/
uitate: ſed ab aīe iniq̄tate. AVG. ſup ioā.
Prima libertas ē carere criminibus: ſꝫ iſta
inchoata eſt non ꝑfecta libertas: q2 caro cōcu
piſcit aduerſus ſpm̄: vt nō ea que vultis fa/
ciatis. Libertas autē plena atq̄ꝫ ꝑfecta eſt: qñ
nulle erunt inimicitie: qñ nouiſſima inimica
mors deſtrueť. CHRY. Vel aliter. q2 di

ma quidem eſt hec: Quia enim turbe dice/
bant eum eſſe heliam vel hieremiaꝫ aut vnũ
ex prophetis: capita prophetarum ſecum du
cit: vt ſaltem hinc videatur differentia ſeruo
rum ⁊ domini. Alia ratio eſt. Quia enim cõ
tinue ieſuꝫ accuſabant iudei tanq̄ꝫ transgreſ
ſorem legis ⁊ blaſphemum: patris ſibi glori
am vſurpantem: vt oſtendatur ab vtraqꝫ ac/
cuſatione innoxius: eos qui in vtroqꝫ fulſe/
runt in medium ducit. ⁊enim moyſes legeꝫ
dedit: ⁊ helias pro gloria dei emulator fuit.
Alia ratio eſt. vt diſcant: quoniam mortis ⁊
vite poteſtateꝫ habet: propter hoc ⁊ moyſen
qui morte defecerat: ⁊ heliam qui nondum
mortem paſſus fuerat in medium ducit. Ali
am cauſam ⁊ ipſe euangeliſta reuelat. ſ. mon
ſtrare crucis gloriam ⁊ mitigare petruꝫ ⁊ ali
os diſcipulos paſſionem timentes. Loque/
bantur. n. vt alius euangeliſta dicit: de exceſ
ſu: quem completurus erat in hieruſaleꝫ: vn
de eos in mediuꝫ ducit: qui ſe morti expoſue
runt pro his que deo placebant: ⁊ pro plebe
credentium. Etenim tyrannis vterqꝫ ſe libe
re preſentauit: Moyſes quidem pharaoni:
helias autem achab. Ducit autem ⁊ propter
hoc eos in medium. volebat. n. ꝙ diſcipuli
illorum priuilegia zelarent: vt. ſ. fierent man
ſueti ſicut moyſes: ⁊ zelantes ſicut helias.
HYLA. Qđ etiaꝫ moyſes ⁊ helias ex om
ni ſanctorum numero aſſiſtunt medius iter
legeꝫ ⁊ prophetas chriſtus in regno eſt. Cũ
his. n. iſraelem quibus teſtibus predicatus
eſt iudicabit. ORIGE. Siquis etiam in/

telligit ſpiritalem legem ꝯuenientem ſermo
nibus ieſu: ⁊ in prophetis abſconditam chri
ſti ſapientiam ille vidit moyſen ⁊ heliam in
gloria vna cum ieſu. HIERO. Conſide
randum eſt etiam ꝙ ſcribis ⁊ phariſeis ď ce/
lo ſigna poſcẽtibus dare noluit: hic vero vt
apoſtolorum augeat fidem dat ſignum de ce
lo: helia inde deſcendente quo conſcenderat:
⁊ moyſe ab inferis reſurgẽte: ꝙ ⁊ achaz per
iſaiam precipitur: vt petat ſibi ſignum de in/
ferno vel de excelſo. ORIGE. Quid au
tem feruidus petrus dixerit ſubditur: Re/
ſpon. autem petrus di. ad ieſum: domine bo
num eſt nos hic eſſe. Quia enim audiuit ꝙ
oportet eum hieroſolymam ire: adhuc timet
pro christo: ſed poſt increpationem non au/
det dicere rurſus. Propiti⁹ eſto tibi. ſed idẽ
occulte per alia ſigna inſinuat. Quia eniꝫ vi
debat multam quietem ⁊ ſolitudinem cogita
uit conuenientem ibi ſtationeꝫ eſſe ex loci diſ
poſitione: quod ſignificat dicens: Bonum ẽ
nos hic eſſe. vult etiam ibi ſemper eſſe: ideo
tabernaculorum meminit dicens. Si vis fa
ciamus hic tria tabernacula. Cogitauit enim
ꝙ ſi hoc fieret non aſcenderet hieroſolymaꝫ:
⁊ ſi non aſcenderet chriſtus non moreretur:
Ibi enim ſciebat ſcribas inſidiari ei. Cogita
bat etiaꝫ ꝙ helias aderat: qui in montẽ ignẽ
deſcendere fecit: ⁊ moyſes qui intrauit nebu
lam ⁊ deo locutus eſt. vnde occultari poterãt
vt nullus perſecutorũ ſciret vbi eſſent. RE
MI. Vel aliter: Viſa domini maieſtate ⁊
duorum ſeruorum: petrus adeo delectatus
eſt: vt cuncta temporalia obliuioni traderet:
⁊ ibi in perpetuum vellet manere. Si autem
tunc petrus ſic accenſus eſt: quanta erit ſua/
uitas ⁊ dulcedo videre regem in decore ſuo
⁊ intereſſe choris angelorum ⁊ omnium ſan
ctorum? In eo ſane quod ait petrus: Domi/
ne ſi vis. deuotionem ſubditi ⁊ obedientis
ſerui oſtendit. HIERO. Erras tamẽ pe
tre: ⁊ ſicut alius euangeliſta teſtatur: neſcis
quid dicas. Noli tria tabernacula querere:
cum vnum ſit tabernaculum euangelij ĩ quo
lex ⁊ prophete recapitulanda ſunt. Si autem
queris tria tabernacula nequaꝙ̃ ſeruos cum
domino cõferas: ſed fac tria tabernacula: im
mo vnũ patri ⁊ filio ⁊ ſpirituiſancto: vt quo
rum eſt vna diuinitas vnum ſit ⁊ in pectore
tuo tabernaculum. REMI. Errauit etiaꝫ:

quia voluit vt regnum electorum conſtituere
tur in terra quod dominus promiſerat dare
in celis. Errauit etiam: quia oblitus eſt ſe ⁊
ſocios ſuos eſſe mortales: ⁊ abſqꝫ guſtu mor
tis voluit ſubire eternam felicitatem. RA/
BA. Et in eo ꝙ celeſti conuerſationi taber
nacula facienda putauit: in qua domus neceſ
ſaria non erat: cum ſcriptum ſit: Templum
non vidi in ea.

¶ Adhuc eo loquẽte: ecce nubes luci
da obũbrauit eos. Et ecce vox de nu
be dicens. Hic eſt filius meus dilect⁹
in quo mihi bene complacui: ipſum au
dite. Et audientes diſcipuli ceciderũt
in facies ſuas ⁊ timuerunt valde: ⁊ ac/
ceſſit ieſus ⁊ tetigit eos: dixitqꝫ eis.
Surgite ⁊ nolite timere. Leuantes
autem oculos ſuos nemineꝫ viderũt:
niſi ſolum ieſum. Et deſcendentibus
illis de monte precepit ieſus dicens.
Nemini dixeritis viſionem: donec fili
us hominis a mortuis reſurgat.

HIERO. Qui carnale eſt frõdibus aut
tentorijs q̃rebant tabernaculum: nubis luci/
de operiunt͛ vmbraculo. vnde dicit͛. Adhuc
eo loquente: ecce nubes lucida obum. eos.
CHRY. Cum dominus cõminat͛ nubeꝫ
tenebroſam oſtendit ſicut in ſina: hic autem qr
non terrere volebat: ſed docere nubes appa
ruit lucida. ORIGE. Lucida autem nubes
obumbrans ſanctos eſt virtus paterna vel
forte ſpirituſſanctus: dicam etiam ſaluatorẽ
noſtrum eſſe lucidam nubeꝫ: que obumbrat
euangelium ⁊ legem ⁊ prophetas: ſicut itelli
gunt qui poſſunt aſpicere lumẽ ipſius in pre
miſſis. HIERO. Quia vero imprudẽ
ter interrogauerat petrus: propterea domini
reſponſionem non meretur: ſed pater reſpõ
det pro filio: vt verbum domini compleret͛:
Qui me miſit ipſe de me teſtimoniuꝫ perhi
bet. CHRY. Neqꝫ autem moyſes loqui
tur neqꝫ helias: ſꝫ pater omnibus maior vo
cem emittit ex nube: vt diſcipuli credant: ꝙ a
deo hec vox erat: Semper. n. apparere ſolet
deus in nube: ſicut ſcriptuꝫ eſt. Nubes ⁊ ca
ligo in circuitu eius: ⁊ hoc eſt quod dicit͛. Et
ecce vox de nube. HIERO. Vox quideꝫ

patris de celo loquentis auditur que teſtimo-
nium perhibeat filio: et petrum errore ſubla-
to doceat veritatem: immo per petrum cete-
ros apoſtolos: vnde ſubdit dicens: Hic eſt
filius meus dilectus. huic eſt fiendum taber-
naculum: huic obtemperandum. hic eſt filius:
illi ſerui ſunt. debent et ipſi nobiſcum in pe-
netralibus cordis ſui domino tabernaculum
preparare. CHRY. Ne igitur timeas pe-
tre. Si enim potens eſt deus: manifeſtum quia
et filius ſimiliter potens eſt. ſi. n. diligitur ne
timeas. nullus. n. eum quem diligit prodit:
nec tu equaliter eum diligis genitori. Neque
aut ſolum diligit eum quia genuit. ſed et quia vnius
eſt voluntatis cum ipſo. Sequitur. n. In quo mi-
hi complacui. ac ſi diceret. In quo requieſco.
quem accepto quia omnia que ſunt patris cum dilige-
tia exequitur. et eſt voluntas vna ipſius et patris.
quare et ſi crucifigi vult non contradicas. HY-
LA. Hunc ergo eſſe filium: hunc dilectum:
hunc complacitum: ſed et hunc audiendum vox de nu-
be ſignificat dicens Ipſum audite. vt. ſ. idone-
us ipſe preceptorum talium auctor eſſet: qui ſe-
culi damnum. crucis voluntatem: obitum corpo-
ris: et poſt hec regni celeſtis gloriam facti con-
firmaſſet exemplo. REMI. Dicit ergo: Ip-
ſum audite. ac ſi alijs verbis diceretur: Re-
cedant vmbre legales et typi prophetarum: et
ſolum coruſcum lumen euangelij ſequamini.
Siue ideo ait. Ipſum audite. vt illum eſſe oſten-
deret quem moyſes predixerat dicens: Prophe-
tam ſuſcitabit vobis deus de fratribus ve-
ſtris tanquam me audietis ipſum. Sic ergo do-
minus vndique habuit teſtes ex celo vocem pa-
tris: ex paradiſo heliam: ex inferis moyſen: ex ho-
minibus apoſtolos. vt in nomine ieſu omne genu flectatur:
celeſtium: terreſtrium: et infernorum. ORIGE.
Vox autem de nube aut ad moyſen et heliam
loquitur: qui deſiderabant videre filium dei et
audire eum: aut diſcipulos docet. GLO.
Notandum autem quod bene conuenit myſte-
rium ſecunde regenerationis: que. ſ. erit in ſurre-
ctione: vbi caro reſuſcitabitur cum myſterio pri-
me: que eſt in baptiſmate: vbi anima reſuſci-
tatur. In baptiſmate enim chriſti operatio to-
tius trinitatis: oſtenſa eſt. Fuit enim ibi fili-
us incarnatus: apparuit in columbe ſpecie
ſpirituſſanctus: et pater fuit ibi in voce decla-
ratus. Et ſimiliter in transfiguratione que eſt
ſacramentum ſecunde regenerationis tota
trinitas apparuit: pater in voce: filius in ho-
mine: ſpirituſſanctus in nube. Queritur au-
tem quare ſpirituſſanctus ibi in columba: hic in
nube declaratus eſt: Dona ſiquidem ſua per
ſpecies declarare ſolet. Innocentiam autem
in baptiſmate donat: que per auem ſimplici-
tatis deſignatur. Daturus eſt autem clarita-
tem et refrigerium in reſurrectione: ideo in
nube refrigerium. in fulgore nubis claritas
reſurgentium corporum deſignatur. Sequi-
tur: Et audientes diſcipuli ceciderunt in fa-
cies ſuas et timuerunt valde. HIERO.
Triplicem autem ob cauſam pauore terren-
tur vel quia ſe erraſſe cognouerant: vel quia nubes
lucida operuerat eos: aut quia dei patris vo-
cem loquentis audierant. Humana. n. fragi-
litas conſpectum maioris glorie ferre non ſu-
ſtinet. ac toto animo et corpore contremiſcens ad
terram cadit. quanto. n. quis ampliora que-
ſierit. tanto magis ad inferiora collabitur ſi
ignorauerit menſuram ſuam. REMI. In
eo vero quod ſancti apoſtoli in faciem ceciderunt:
fuit iudicium ſanctitatis quia ſancti in faciem
cadere dicuntur. impij vero retrorſum.
CHRY. Sed cum ante in chriſti baptiſmo
quando talis et vox de celo delata eſt: nullus ex tur-
ba qui aderat tale aliquid paſſus eſt: quo diſcipuli
in monte ceciderunt quia. ſ. ſolitudo: altitudo:
et ſilentium erat multum: et tranſfiguratio ſtupore
plena: et lumen purum et nubes extenſa: ex quibus
omnibus ſtupor in eis congregabatur. HIE-
RO. Quia vero illi iacebant: et ſurgere non
poterant: ipſe clementer accedit: et tangit eos
vt tactu fuget timorem et debilitata membra
ſolidentur: et hoc eſt quod dicitur. Et ac. ie-
ſus et tetigit eos. quos autem manu ſanaue-
rat: etiam ſanauit imperio. vnde ſequitur: Di-
xitque eis: ſurgite et nolite timere: Primum ti-
mor expellitur vt poſtea doctrina tribuatur.
Sequitur: Le. autem ocu. ſuos: ne. vi. niſi
ſo. ieſum. quod rationabiliter factum eſt: ne
ſi moyſes et helias perſeueraſſent cum domi-
no patris vox videretur incerta. cui potiſſimum
daret teſtimonium. Vident et Ieſum ſtantem abla-
ta nube et moyſen et heliam euanuiſſe: quia poſt-
quam legis et prophetarum vmbra diſceſſerat:
vtrumque in euangelio reperitur: Sequitur: Et
deſcendentibus illis de monte precepit eis ieſus
dicens: Nemini dixe. viſi. hanc do. fi. ho. a
mor. reſur. Non vult ergo in populos predicari: ne et

ſincredibile eſſet pro rei magnitudine: ⁊ poſt tantam gloriam apud rudes animos ſeqns crux ſcandalum faceret. REMI. Siue qꝛ ſi maieſtas illius diuulgaret in pplo: populi impedirent diſpenſationē paſſionis eius: reſiſtēdo pncipibus ſacerdotū: ⁊ ſic redemptio humani generis retardaretur. HYLA. Silentium etiam rerum geſtarum quas viderant imperat: vt cum eſſent ſpirituſancto repleti: tunc geſtorum ſpiritalium teſtes eſſent.

## Dominica. ij. in. xl. Mathei. xv. cap.

Et egreſſus inde ieſus ſeceſſit in partes tyri ⁊ ſidonis. Et ecce mulier chananea a finib⁹ illis egreſſa clamauit dicēs ei: Miſerere mei domine fili dauid: filia mea male a demonio vexatur. Qui non reſpondit ei verbum. Et accedentes diſcipuli eius: rogabant eum dicentes: Dimitte eam: quia clamat poſt nos. Jeſus autem reſpondens ait: Nō ſuz miſſus niſi ad oues que perierunt domus iſrael. At illa venit ⁊ adorauit eū dicens: Domine adiuua me. Qui reſpondens ait: Non eſt bonum ſumere panem filiorum ⁊ mittere canibus. At illa dixit: Etiam domine. Nam ⁊ catelli edunt de micis que cadūt de mēſa dominorum ſuorum. Tunc reſpondens ieſus: ait illi: O mulier magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia eius ex illa hora.

HIERO. Scribis ⁊ phariſeis ⁊ calūniatoribus derelictis tranſgredit̄ in partes tyri ⁊ ſidonis: vt tyrios ſidonioſqꝫ curaret: ⁊ iō dicit̄: ⁊ egreſſus inde ieſus ſeceſſit in partes tyri ⁊ ſidonis. REMI. Tyrus ⁊ ſidō ciuitates fuere gentilium: nam tyrus metropolis fuerat chananeoꝝ: ſidon terminus chananeoꝛuz reſpiciens ad aquilonē. CHRY. Conſiderandum autem ꝙ quādo ab eſcaruz obſeruatione iudeos eripuit: tunc ⁊ gentib⁹ ianuam aperuit: ſicut ⁊ petrus prius in viſione iuſſus eſt hanc legez ſoluere ⁊ poſt ad corneliū mitti. Siquis autem querat: cum diſcipulis ſuis dixerit: In viam gentiū ne abieritis: qualiter hanc ambulat viam? Primuz quidem illud dicemus: quia non erat obnoxius precepto quod diſcipulis dederat. Secundo autez quia neqꝫ vt predicaturus abijt: vnde ⁊ marcus dicit: Qm̄ occultauit ſeipſum. REMI. Jnit autem vt tyrios ſidonioſqꝫ curaret ſiue vt huius mulieris filiam liberaret a demonio: quatenus per eius fidem ſcribarum ⁊ phariſeorum nequitiam condēnaret: de qua quidem muliere ſubdit̄. Ecce mulier chananea a finibus illis egreſſa ⁊c̄.

CHRY. Dicit autem euangeliſta eē chananeam: vt oſtendat virtutem pńtie chriſti. Chananei. n. qui expulſi fuerāt: vt nō peruerterent iudeos: hi iudeis apparuerunt prudētiores: vt exirent a terminis ſuis ⁊ accederent ad chriſtum. Cum autem hec mulier acceſſiſſet: nihil aliud q̄ʒ miſericordiam popoſcit. vnde ſequit̄: Clamauit dicens ei: Miſerere mei domine fili dauid. GLO. Magna fides chananee hic notatur: deum credit vbi dominū vocat: hominē vbi dicit filium dauid. Nihil ex merito poſtulat: ſed ſolaz miſericordiam dei efflagitat dicēs. Miſerere: Nec dicit Miſerere filie: ſꝫ Miſerere mei: qꝛ dolor filie dolor eſt matris. ⁊ vt magis eū ad compaſſionem moueat: totum ei dolorem enarrat: vnde ſequitur. Filia mea ma. a demo. vexatur. Jn quo vulnera medico detegit: ⁊ magnitudinem ⁊ qualitatez morbi. magnitudinem cum dicit: Male vexatur. qualitatem cum dicit: A demonio. ORIGE. in ho. Vide autem prudentiam femine: non iuit ad homines ſeductores: nō quęſiuit inanes ligaturas: ſed omnes relinquens diaboli cultus venit ad dn̄m. Nō petiuit iacobuz: nō rogauit ioānē: nō acceſſit ad petrum ſed ſuſcipit in ſe penitentie patrocinium: ⁊ ſola cucurrit ad dn̄m. Sed vide inexpertum negocium petit: ⁊ lamentum ſuum pducit i clamorem: ⁊ amator hominū deus nō rn̄det verbum. vnde ſequit̄: Qui nō rn̄dit ei verbuz.

HIERO. Non autem de ſuperbia pha-

riſaica: nec de ſcribarū ſupercilio: ſed ne ip
ſe ſnie ſue ɔtrari⁹ videretur p̄ quā iuſſerat:
In viā gentiū ne abieritis: nolebat. n. occa/
ſionē calumniantibus dare perfectāq; ſalu
tem gentiū paſſionis ⁊ reſurrectionis tpi re/
ſeruabat. GLO. Differendo etiam ⁊ non
reſpondendo patientiam mulieris ⁊ pſeuerā
tiam nobis oſtendit. Ideo ēt non rn̄dit vt di
ſcipuli ꝓ ea rogarēt: oſtendēs p̄ hoc neceſſa
rias eſſe pces ſanctorum ad aliquid impetrā
dū. vnde ſequit: Et acceſ. diſcipuli eius: ro/
ga. eum dicē. Dimitte eam q: cla. poſt nos.
HIERO. Diſcipuli adhuc illo tpe myſte
ria dn̄i neſcientes vel miſericordia moti: ro/
gabant pro chananea muliere: vel importu/
nitate eius carere cupientes. AVGV. de
con. euan. Affert autem aliquam repugnan
tie queſtionem ꝙ marcus in domo dicit fuiſ
ſe dominum cum ad illum venit mulier pro
filia ſua rogans. Mattheus autem poſſet in
telligi de domo tacuiſſe: eandem tamen rem
commemoraſſe. Sed qm̄ dicit diſcipulos do
mino ita ſuggeſſiſſe: Dimitte illam: qm̄ cla/
mat poſt nos: nihil videtur aliud ſignificare
ꝙ̄ poſt ambulantem dominum mulierē iſtaz
deprecatoriam vocem miſiſſe. Intelligenduz
eſt ergo dixiſſe quidem marcum ꝙ intrauerit
vbi erat ieſus cum eum predixiſſet fuiſſe in
domo. Sed quia mattheus ait: Non reſpon
dit verbū dedit ei agnoſcere ꝙ tacuerunt am
bo: ⁊ in eo ſilentio egreſſum fuiſſe ieſum de
domo illa: atq; ita cetera contexuntur que iā
in nullo diſcordent. CHRY. Eſtimo au/
tem ⁊ diſcipulos ad calamitatem mulieris eē
triſtatos: ſed tamen nō ſunt auſi dicere: Da
ei hanc gratiam: ſed Dimitte eaz ſicut ⁊ nos
cum voluerimus alicui perſuadere multoti/
ens contraria dicimus. Ipſe autem reſpon/
dens ait: Non ſum miſ. ni. ad oues que pe/
rie. domus iſrael. HIERO. Non autez
hoc dicit: quin ad gentes non miſſus ſit: ſed
ꝙ primuz ad iſrael miſſus eſt vt illis non re
cipientibus euangelium iuſta fieret ad gētes
tranſmigratio. REMI. Specialiter etiam
miſſus eſt ad ſalutem iudeorum vt etiam cor
porali preſentia eos doceret. HIERO.
Signanter autē dixit: Ad oues perditas do
mus iſrael: vt etiam ex hoc loco nunc errone
am ouem de alia parabola intelligamus.
CHRY. in ho. Sed quia mulier vidit ni
hil poſſe apoſtolos: inuerecunda effecta eſt:
bona inuerecundia: antea. n. neq; in conſpe
ctum venire audebat: vnde dictum eſt: Cla
mat poſt nos. Quando autem videbatur vt
anguſtiata recederet tunc propius venit. vn
de ſequitur. At il. ve. ⁊ adorauit eum. HIE
RO. Nota ꝙ iſta cananitidis perſeueran/
ter primum filium dauid: deinde dominum
vocat: ⁊ ad extremum deum adorauit.
CHRY. Ideoq; non dixit: Roga vel de
precare deum: ſed domine adiuua me. Quā
to ergo magis mulier multiplicabat ſuppli/
cationē: tāto ⁊ ipſe multiplicabat negationē.
⁊ non adhuc iudeos oues vocat ſed filios: il
lam autem canē. vnde ſequitur: Qui reſpō.
ait: Non eſt bo. ſume. pa. fili. ⁊ da. canibus.
GLO. Filij ſunt iudei generati ⁊ nutriti
ſub cultu vnius dei per legez. Panis ē euā
gelium miracula ⁊ alia que ad ſalutez noſtrā
pertinent. non eſt ergo conueniēs vt a filijs
auferantur ⁊ dētur gētibus qui ſunt canes:
donec iudei repudiēt. RABA. Canes au
tem gentiles propter idolatriam dicuntur: q
eſui ſanguinis dediti ⁊ cadaueribus mortuo
rum: vertuntur in rabiem. CHRY. Vi/
de autem mulieris prudentiaz: qualiter neq;
contradicere auſa eſt: neq; triſtata in aliorū
laudibus: neq; moleſtata in proprio cōuitio
vnde ſequitur. At illa dixit. Etiam do. nam
⁊ catel. edunt de mi. que ca. de men. do. ſuo.
Ille dixerat. Non eſt bonum. hec autem di/
xit: Vtiq; domie. Ipſe iudeos filios vocat:
hec autem dominos. ipſe canem eam nomi/
nauit: hec autem ⁊ opus canis adiecit: ac ſi di
cat. Si canis ſum: non ſum aliena. canē me
dicis: ergo nutri me vt canem: non poſſum
relinquere menſam dn̄i mei. HIERO.
Mira autem huius mulieris fides patientia
⁊ humilitas p̄dicatur: fides qua credebat ſa/
nari poſſe filiam ſuam: patientia qua totiens
cōtempta in precibus perſeuerat: humilitas
ꝙ ſe non canibus: ſed catulis cōparat. Scio
me inquit filiorum panem non mereri: nec i
tegros capere poſſe cibos: nec ſedere ad mē
ſam poſſe cum patre: ſed contenta ſum reliq
is catulorum: vt per humilitatē micarū ad pa
nis integri veniā magnitudinē. CHRY.
Propter hoc autem chriſtus tardabat: pre/
ſciebat. n. eam hoc dicturaz: nec occultari vo
lebat tantam mulieris virtutem. vnde ſequi

tur. Tūc rñdēs ieſus ait illi: O mulier ma/
gna ē fides tua: fiat tibi ſicut vis. Ac ſi dicat:
Fides tua maiora his audire pōt: vex̄ iteriꝫ
fiat tibi ſicut vis. Vide aūt qualr nō parū ⁊
hec mulier itulit in filie medicinā. ꝓp hoc. n.
neqꝫ xp̄s dixit: Sana ſit filia tua: ſꝫ magna ē
fides tua: fiat tibi ſicut vis. vt diſcas qm̄ ſim
plicit̄ loqbat̄ ⁊ nō adulationis: ſꝫ multe fidei
erāt v̓ba ipſi⁹. Hec āt xp̄i vox filius ē illi vo
ci q̄ dixit: Fiat firmamētū: ⁊ fcm̄ ē. vn̄ ſeq̄t̄:
Et ſana. ē fi. ei⁹ ex illa hora. Intēde aūt qua/
lit̄ ap̄lis nō ipetrātib⁹ ipetrat ipſa: tā magnū
gd ē iſtātia orōnis. Eteni ꝓ nr̄is noxis a no
bis vult magis rogari q̄ȝ ab alijs ꝓ nobis.
REMI. His ēt v̓bis dat̄ nobis exēpluꝫ
c. theiẓādi ⁊ baptiẓādi pueros: qm̄ h mulier
nō ait: Salua filiā meā: aut adiuua eā: ſꝫ mi/
ſerer̄ mei: ⁊ adiuua me. Hinc eteni deſcēdit
ꝯſuetudo i ecclia vt fideles ꝓ ſuis paruulis
fidē deo ꝓmittāt: qm̄ ipſi nō ſunt tāte etatis ⁊
rōnis: vt p ſe fidē deo ꝓmittere valeāt: qua/
ten⁹ ſicut fide iſti⁹ mulieris ſanata ē filia ei⁹:
ita ⁊ fide viroꝝ catholicoꝝ peccata puulis re
laxent̄. Allegorice aūt hec mulier ſanctā eccl'i
aꝫ ſignificat d' gētib⁹ ꝯgregatā. Per hoc. n.
q͛ dn̄s relictis ſcribis ⁊ phariſeis venit i p/
tes tyri ⁊ ſidonis p̄figurabat̄ q͛ relictur⁹ erat
iudeos: ⁊ trāſitur⁹ ad gētes. Eſt aūt h mulier
egreſſa a finibus ſuis: qm̄ ecclia ſcā receſſit a
p̄ſtinis erroꝛib⁹ ⁊ vitijs. HIERO. Filiā
aūt chananee puto aīas eſſe credētiū: q̄ male
a demonio vexabant̄ ignorātes creatorem: ⁊
adorantes lapidē. REMI. Filios aūt dn̄s
appellat p̄triarchas ⁊ ꝓphas illi⁹ tp̄is. Per
mēſaꝫ deſignat̄ ſacra ſcriptura: p micas v̓o
minima p̄cepta vel iterna myſteria gb⁹ ſcā ec
clia paſcit̄: p cruſtas v̓o carnalia p̄cepta q̄ iu
dei obſuāt. Dicē āt ſub mēſa comedi dr̄:
q͛ ecclia humilr̄ ſe ſubmittit ad iplenda dīna
p̄cepta. RABA. Nō aūt cruſtas ſꝫ micas
de pane pueroꝝ edūt catelli: q͛ ꝯuerſi ad fidē
q erāt deſpecti i gētib⁹: nō lr̄e ſufficiē i ſcri/
pturis: ſꝫ ſp̄ualē ſenſum quo i bonis actib⁹
ꝓficere valeāt igrūt. HIERO. Mira āt
rex ꝯuerſio: iſrael quodā fili⁹ nos canes: ꝓ
diuerſitate fidei oꝛdo noīum cōmutat̄. De ill'
poſtea dr̄: circūdederūt me canes multi: nos
audiuim⁹ cū muliere: Fides tua te ſaluā fec.
RABA. Que merito magna dr̄: q͛ cū gē
tes nec lege fuerunt ibute: nec vocib⁹ ꝓphaꝝ
iſtructe ad p̄dicationē mox ap̄loꝝ i auditu au
ris obedierūt: ideoqꝫ ſalutē ipetrare meruerūt.
Rex ſi ad p̄mas ecclie rogantis lachrymas
dn̄s ſalutē aīe differt dare nō ē deſpandū vl'
a petēdo ceſſandū: ſꝫ magis p̄cib⁹ iſiſtendū.
AVGV. de q̄. euā. Q̄ ⁊ puex cēturiōis
⁊ filiā chananee mulieris nō veniens ad do
mos eoꝝ ſanat: ſignificat gētes ad quas non
venit ſaluas foꝛe p v̓bū ſuū q͛ rogātib⁹ filij
ſanant̄. Et itelligēda ē pſona ecclie: q̄ ſibi ē
⁊ mr̄ ⁊ filij. nā ſimul oēs gb⁹ ꝯſtat ecclia mr̄
dr̄: ſinguli aūt idē ipſi filij appellant̄. HY/
LA. Vel h mulier ꝓſelitoꝝ formā p̄fert: fi
nes ſuos egredit̄: ⁊ ex gētib⁹. ſ. i ppl'i alteri⁹
nomē excedēs: q̄ ꝓ filia vꝫ gētiū plebe dn̄a/
tu imundoꝝ ſp̄uum occupata orat: ⁊ q͛ dn̄m
cognouit ex lege: dauid filiū nūcupat. RA/
BA. Itē ſiqs ꝯſciam hꝫ alicuius vitij ſoꝛde
pollutā: filiā hꝫ male a demonio vexatā. Iteꝫ
ſiqs bona q̄ geſſit peccatoꝝ peſte fedauit: fili
am hꝫ imundi ſp̄us furijs agitatā ideoqꝫ ne
ceſſe ē vt ad preces lachrymaſqꝫ ꝯfugiat ſan
ctoꝝūqꝫ interceſſiones ⁊ auxilia querat.

## ¶ Feria. ij. Joannis. viij. cap.

EGo vado ⁊ queritis me:
⁊ i pctō veſtro moriemi/
ni. Quo ego vado: vos
nō poteſtis venire. Dice/
bāt ergo iudei: Nunqd i
terficiet ſemetipſū: q͛ dicit: quo ego va
do nō poteſtis venire? Et dicebat eis.
Vos de deoꝛſū eſtis: ego de ſupnis ſū.
Vos de mūdo hoc eſtis: ego nō ſū de
hoc mundo. Dixi ergo vobis: q͛ mo/
riemini i pctis veſtris. Si. n. non credi
deritis: q͛ ego ſū: moriemi i pctō veſt͛o
AVGV. Quia ſupra dem̄ ē q͛ nemo ap
p̄hēdit eū: q͛ nēdū venerat hora eius: nō de
ipſa ſua paſſiōe q̄ poſita erat: nō i ei⁹ neceſſi
tate: ſꝫ ptāte locut⁹ ē iudeis. vn̄ dr̄. Ego va/
do. Chriſto. n. dn̄o mors ꝓfectio fuit illuc:
vn̄ venerat: ⁊ vnde diſceſſerat. BEDA.
Hec āt v̓boꝝ ꝯnexio talis eē vr̄: vt h vno
tpe: vno quoqꝫ i loco vel certe alio tpe alioqꝫ
i loco geri potuiſſent: qm̄ nihil iterponi. ⁊ q̄/

dã vel multa potuerũt. ORI. Sʒ obijciet
aliqs ſic: Si his q manebãt i icredulitate iſta
dicebat: Quõ eis dicit: Et q̃ritis me:' q̃rere
.n. ieſum: ẽ q̃rere vitatẽ ⁊ ſapiam. Sed di-
ces: q: ⁊ de pſequẽtib⁹ aliqñ dr̃ q̃ querebant
eum capere. differentie enim ſunt eorum qui
querunt ieſum. Non oẽs enim pro eoꝝ ſalu
te ⁊ vtilitate querunt eum: propter hoc ſoluʒ
hi qui recte querunt eum inueniunt pacem.
Recte autem querere dicuntur qui verbum
quod eſt in principio apud deuʒ querunt: vt
illos patri adducat. AVGV. Queritis
ergo inquit me non pio deſiderio: ſed odio.
nam illum poſtea q̃ʒ abſceſſit ab oculis homi
num inquiſierunt: ⁊ qui oderunt ⁊ qui ama-
bant: illi perſequendo: illi habere cupiendo:
⁊ ne putetis: quia me bene queritis: In pec-
cato veſtro moriemini: hoc eſt chriſtum ma-
le querere: in peccato ſuo mori: hoc eſt illum
odiſſe per quem ſolum poſſet ſaluus eſſe: di
xitq; ſententiam preſcius q̃ in peccatis ſuis
morientur. BEDA. Sed nota q̃ peccato
in ſingulari numero vtitur: ſed veſtro in plu
rali: vt idem omnium ſcelus oſtenderet.
ORIGE. Quero autem propter hoc q̃ i
fra dicitur: q̃ hoc ipſo loquente multi credi-
derunt in euʒ: nunquid ad omnes preſentes
dicit in peccato veſtro moriemini:' ſʒ ad illos
dicebat quos ſciebat nõ eſſe credituros: ⁊ pp
hoc in eoꝝ peccatis eſſe mariturос: ⁊ nõ va-
lentes poſt ipſum ſeq. naʒ ſequit᷑: Quo ego
vado vos nõ po. venire. vbi. ſ. veritas ⁊ ſa-
pientia eſt. hoc eſt. n. vbi eſt ieſus. Non poſ
ſunt ait: quia non volunt. ſi enim voluiſſent
⁊ non potuiſſent: non rationabiliter eis dice
retur: In pctõ vr̃o moriemini. AVGV.
Hoc autem ⁊ diſcipulis alio loco dicit: nec
tamẽ dixit eis: In peccato veſtro moriemini
ſed quo ego vado: vos non poteſtis venire
modo. non abſtulit: ſed predixit dilationem.
ORIGE. Preſens autem verbum mi-
natur chriſti receſſum: ſed quandiu ſaluam⁹
ea que anime noſtre ſunt inſita veritatis ſe-
mina: nequaq̃ʒ recedit a nobis verbum dei.
Si vero a lapſu in malitiam corrumpamur:
tunc dicitur nobis: ego vado: ⁊ cum quere-
mus eũ nequaq̃ʒ inueniemus: ſed in peccatis
noſtris moriemur ab ipſa morte occupati.
Non oportet aũt ptrãſire inexquiſite qđ dici
tur: In peccatis veſtris moriemini. Si enim
cõmuniter accipiatur manifeſtum eſt q̃ pec-
catores in peccatis eorum moriũtur: iuſti ve
ro in iuſtitia. ſi vero dicitur: Moriemini. ſi
cut qui ad mortem peccat moritur: manife-
ſtum eſt q̃ hi quibus talia dicebantur: nequa
q̃ʒ mortui erant ſʒ viuebant i infirmitate ani
me: ſed infirmitas illa ad mortem erat pro-
pter hoc medicus videns eos grauiter infir-
mantes dicebat: Et in peccatis veſtris mo-
riemini. ⁊ ſic manifeſtum erat illud: Quo
ego vado: vos non poteſtis venire. Cum
enim aliquis in ſuo peccato moritur: quo va
dit ieſus non poteſt ire. nullus enim mortu-
us poteſt ſequi ieſum: non enim mortui lau-
dabunt te domine. AVGV. His autem
verbis auditis quomodo ſolent carnalia co-
gitantes interrogauerunt. nam ſequitur: Di
ce. ergo iudei. Nũquid interfi. ſemetipſum:'
quia di. quo ego vado vos non poteſtis ve-
nire. Stulta verba: Quid enim non poterãt
illi venire quo ipſe perrexiſſet: ſi interficeret
ſemetipſum nunquid ipſi non erant moritu
ri:' Ergo: quo ego vado dixit: non quo itur
ad mortem ſed quo ipſe ibat poſt mortem.
THEOPHI. Per hoc enim manifeſta
uit q̃ reſurget in gloria ⁊ ſedebit ad dexteraʒ
dei. ORIGE. Queremus tamen ſi hoc
ab eis de ſaluatore dicitur altius aliquid cer-
nentibus. Multa etiam aut ex traditione aut
ex apocriphis ipſos contingebat videre pre
multis. Forte igitur in his que tradita ſunt
de chriſto: erat iuxta ſanas traditiones pro-
pheticorum ſermonum: ſicut generari eum
bethleeʒ: ſic ⁊ de morte eius vt hoc modo trã
ſire deberet ab hac vita: quomodo ipſe dicit:
Nemo tollit animam meaʒ a me: ſed ego po
no eam. quare quod hic dicitur: Nunquid i
terficiet ſe. non ſecundum ſimplicem ſenſuʒ
dicitur: ſed ſecundum aliquam iudeorum de
chriſto traditionem. multum. n. ex hoc q̃ di-
xerat: Ego vado: apparet poteſtas volunta-
rie morientis corpore derelicto. Eſtimo au-
tem q̃ ignominioſe proferentes hoc q̃ ſecun
dum traditiones ſuas de morte chriſti ad ip-
ſos deuenerat. ⁊ non gloriam dantes dixe-
runt: Nunqđ interficiet ſemetipſum:' O por
tebat eni eos cũ demõſtratiõe glĩe ſic dicere.
Nunqđ aĩa eius cũ ipſi placuerit egrediet᷑ re
licto corpore:' dñs aũt ad eos q terrena ſapie-
bãt: tanq̃ʒ ad terrenos loquitur. vñ ſubdit:

Et dicebat eis: Vos de deorsum estis. i. terram sapitis: sursum cor non habetis. CHRY. q. d. Non est mirum vos talia cogitare: homines carnales et nihil intelligentes spirituale. Ego de supernis sum. AVGV. De quibus supernis? Ab ipso patre quo nihil superius: Vos de hoc mundo estis: ego non sum de hoc mundo: quomodo enim erat de mundo per quem factus est mundus? BEDA. Et qui ante mundum fuit. illi autem de mundo erant: quia postquam mundus esse cepit fuerant creati. CHRY. Vel propter mundanas et vanas cogitationes hoc dicit: Ego non sum de hoc mundo. THEOPHI. Nihil mundanum siue terrenum affectans vnde nullatenus ad tantam insaniam deuenirem vt meipsum occiderem: Sed apollinarius male suscipiens hunc sermonem ait: quod corpus domini non fuit de hoc mundo: sed de sursum celitus descendit. Nunquid igitur et apostoli quibus a domino dictum est: Vos non estis de hoc mundo: omnia corpora sunt celitus obtinentes. Sic igitur intelligendum est cum dicitur. Ego non sum de hoc mundo: hoc est. non sum de numero vestrum qui mundana curatis. ORIGE. Alius autem sensus est eorum que sunt de sursum: et eorum que sunt de hoc mundo. Deorsum. n. sicut de loco aliquo intelligitur: sed mundus materialis locis quidem diuersis continetur: qui omnes quantum ad immaterialia et inuisibilia deorsum sunt: quo ad mundum vero comparandum mundi loca erunt vtique quedam deorsum: et quedam sursum. Vbi autem est thesaurus vniuscuiusque: ibi est et cor eius. Si itaque aliquis thesaurizet in terra deorsum efficitur. si vero aliquis thesaurizet in celis: fit desuper: sed et transcendens omnes celos: in fine beatissimo inuenietur. Et iterum: Qui circa hunc mundum est amor facit eum qui de hoc mundo est: qui autem non diligit mundum: nec ea que sunt in hoc mundo non est de mundo hoc. tamen est et aliquis alius mundus preter hunc sensibilem mundum in quo sunt inuisibilia: cuius visum et decorem videbunt hi qui mundo sunt corde. Sed et ipse primogenitus omnis creature potest dici mundus prout est summa sapientia: omnia enim in sapientia sunt facta. In ipso itaque erat totus mundus: in tantum differens a mundo materiali: inquantum differt ratio totius mundi ab omni materia denudata a materiali mundo. Alia ergo christi dicit: Ego non sum de hoc mundo. quia non conuersatur in isto mundo. AVGV. Exposuit autem dominus quid intelligi voluerat cum dixit: Vos de hoc mundo estis. quia. s. peccatores erant. omnes autem cum peccato nati sumus: omnes viuendo ad id quod nati eramus addidimus. Tota ergo infidelitas iudeorum ipsa erat non peccatum habere: sed in peccatis mori: vnde subdidit: Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris. Credo autem in illa multitudine que dominum audiebat: et eos fuisse qui credituri erant: quasi in omnes autem processerat illa seuerissima sententia: In peccato vestro moriemini Ac per hoc et illis qui credituri erant: spes erat ablata. reuocauit ergo eos ad spem adiungens. Si. n. non credideritis quia ego sum: moriemini in peccato vestro. Ergo si credideritis quia ego sum: non moriemini in peccato vestro. CHRY. Si. n. propter hoc venit vt peccatum tollat: et aliter non contingit illud eruere nisi per lauacrum: nec contingit eum qui non credit ex hac vita abire: veterem hominem. i. peccatum habentem: non solum quia non credit: sed etiam quia priora peccata habens hinc recedit: Cum autem dixit. Si non credideritis quia ego sum. quia nihil addidit: multum est quod commendauit quia sic etiam et deus moysi dixerat. Ego sum qui sum: sed quomodo audio: Ego sum qui sum et nisi credideritis quia ego sum quasi alia non sint? Sed prorsus qualiscunque excellentia si mutabilis est: vere non est. Non. n. est ibi verum esse vbi est et non esse. discute rerum mutationem: inuenies fuit et erit. Cogita deum inuenies est: vbi tempus preteritum esse non possit. vt ergo tu sis: transcende tempus. hec itaque promittens: ne moriamur in peccatis nostris nihil aliud mihi videtur his verbis dixisse: Nisi credideritis quia ego sum: quam nisi credideritis quia deus sum. deo gratias quia dixit: Nisi credideritis. non dixit: nisi ceperitis. quis. n. hoc capiat? ORIGE. Manifestum est autem quod qui moritur in peccatis suis quantumuis dicat se christo credere. tamen in veritate non credit. qui. n. credit iusticie: non iniusticiam faciet. et credens in sapientiam: nil stultum dicit aut facit. et sic si scrutatus fueris ceteros intellectus christi inuenies quomodo qui non credit christo moritur in peccatis suis. Accedens autem ad contraria eorum que considerantur in christo: in peccatis suis moritur.

¶ Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dicit eis iesus Principium qui et loquor vo

bis. Multa habeo de vobis loqui ⁊ iudicare: ſed qui me miſit verax eſt: ⁊ ego que audiui ab eo hec loquor i mūdo. Et nō cognouerunt: quia patrem ei⁹ dicebat deum.

AVGV. Quia dixerat ſupra dominus: Niſi credideritis q2 ego ſuȝ moriemini i peccatis veſtris. Interrogāt illi velut querētes: noſſe in queȝ deberent credere: ne in ſuo peccato morerentur. vnde dicitur: Dicebant ergo ei: Tu quis es. Non enim cum dixiſti: Niſi credideritis quia ego ſum: addidiſti qs eſſes: ſciebat autem ibi quoſdam eſſe credituros. ⁊ ideo cum dixiſſent: Tu quis es: vt ſcirent quid illum credere deberent. Dixit eis ieſus: principium qui ⁊ loquor vobis. nō tāquam diceret: principium ſum: ſed tanquam diceret. Principium me credite. quod in ꝓnomine greco euidenter apparet: vbi principium feminini generis eſt. principium ergo me credite: ne moriamini in peccatis veſtris principium. n. mutari non poteſt: in ſe manet: ⁊ innouat omnia. Abſurdum eſt autem vt filium dicamus principium: ⁊ patrem ꝓncipium non dicamus. non tamen duo principia: ſicut nec duos deos: ſpiritus autem ſanctus patris ⁊ filij eſt ſpūs: nec pater eſt nec filius. pr̄ tn̄ ⁊ filius ⁊ ſpūs ſanctus ſunt vnus deus: vnū lumē: vnū ꝓncipiū. Addidit aūt: Qui loquor vobis. q2 humilis ꝑꝑ vos fact⁹ ad iſta ꝟba deſcendi. Ergo credite me eē ꝓncipiū: q2 vt hoc credatis non ſolū ſum ꝓncipium: ſȝ ⁊ loquor vobis. Nā ſi principiū ſicuti ē ita maneret apud patrē: vt nō acciperet formā ſui: quō ei crederēt: cū infirma corda intelligibile ꝟbū ſine voce ſenſibili audire nō poſſent. BEDA. Sane in qbuſdā exemplaribus inueniť: Qui ⁊ loquor vobis: ſed ꝯgruentius eſſe ꝓbať ſi q2 legatur: vt iſte ſit ſenſus: Principiū me eſſe credite: q2 ꝓpter vos ad hec ꝟba deſcendi. CHRY. Vel aliter. Conſiderāda eſt amentia iudeoꝝ: qui poſt tp̄s tm̄ ⁊ ſigna ⁊ doctrinam interrogāt: Tu quis es: Quid igitur xp̄s a principio loquor vobis. q. d. Sermones meos indigni eſtis audire: non ſolum vt dicā vobis Quis ego ſum: vos enim oīa tentantes loquimini: ⁊ hec oīa poſſem arguere ⁊ vos punire. vnde ſequiť: Multa habeo de vobis loqui ⁊ iudicare. AVGV. Supra dixit: Ego nō iudico quēq̄ȝ: ſȝ aliud eſt: Non iudico: ⁊ aliud habeo iudicare. nō iudico dixit ad pn̄s. Qd aūt dicit: Multa habeo de vobis loqui ⁊ iudicare: iudiciū futurum dicit. Ideo autem verus in iudicio ero: q2 filius veracis ꝯ veritas ſuȝ. vnde ſeqtur: Sed qui miſit me verax ē. Verax eſt pater: non participando: ſȝ generando veritatē. Nunqd eniȝ dicturi ſumus: Plus veritas q̄ȝ verax: ſi hoc dixerimus: filium incipiemus dicere patrem maiorem. CHRY. Dicit autem hoc vt non eſtimēt qm̄ tot audiens ex imbecillitate nō punit: aut q2 eorum cogitationes ⁊ ꝯtumelias non nouit. THEOPHI. Vel q2 dixerat. Multa habeo de vobis loqui ⁊ iudicare: iudicium futuro ſeculo reſeruans ſubiungit. Sed qui me miſit verax ē. q. d. Etſi vos īfideles eſtis pr̄ meus verax eſt: q diē ſtabiliuit in quo vobis retributio fiet. CHRY. Vł aliter: Si in hoc me miſit pr̄ non vt iudicē mundum: ſed vt ſaluē mundū: verax aūt eſt pater. Cōuenienter nullū ego nunc iudico: ſed hec loquor q̄ ſunt ad ſalutē: nō q̄ ad iudiciū. vnde ſequiť: Et ego q̄ audiui ab eo: hec loquor in mūdo. ALCVI. Audiſſe aūt a patre idē eſt ⁊ eſſe a patre: q2 ab illo hȝ audientiā a quo hȝ eſſentiā. AVGV. Dat gloriam patri equalis filius: tanq̄ȝ dicat: Do gloriā ei cui⁹ ſum filius: quō tu ſupbus es aduerſus cū cuius es ſeru⁹? ALCVI. Cū aūt audiſſent: Verax eſt q miſit me nō intellexerunt d' quo diceret. vnde ſubditur: Et non cog. quia pa. eius dice. deuȝ. Nondum. n. oculos cordis apertos habebant quibus patris ⁊ filij equalitatem intellexerunt.

¶ Dixit ergo eis ieſus: Cum exaltaueritis filium hominis tunc cognoſcetis quia ego ſum: ⁊ a meipſo facio nihil: ſed ſicut docuit me pater hoc loquor. Et qui me miſit mecum eſt: ⁊ nō reliquit me ſolū: quia que placita ſunt ei facio ſemper.

AVGV. Cuȝ dixiſſet dominus. Verax eſt qui miſit me: non intellexerunt iudei q̄ de patre illis diceret. videbat autem ibi aliquos quos ipſe nouerat poſt paſſionem ſuaȝ

eſſe credituros: τ ideo ſequitur. Dixit ergo eis ieſus: Cum exaltaueritis filiuʒ hominis tunc cognoſcetis q: ego ſum. Recolite illud. Ego ſum q ſum: τ cognoſcetis qd ſit dictuʒ: Ego ſum. Differo cognitionē veſtrā: vt impleam paſſionem meaʒ: ordine veſtro cognoſcetis: qui cū. ſ. exaltaueritis filiū hois. Exaltationē aūt crucis dicit q: τ ibi exaltatus ē qñ pependit in ligno. hoc oportebat ipleri p manus eoꝝ q poſtea fuerant credituri: qbus dicit hoc: quare: niſi vt nemo in quocunqʒ ſceleres τ male ſibi ꝯſci⁹ deſperaret: qñ videat eis donari homicidiū q occiderant chriſtum. CHRY. Vel aliter continua: Q: multa ſigna faciens τ docens eos non cōuerterat: de cruce: de reliquo loquit̃ dicēs: Cū exalta. τc. q. d. Vos eſtimatis q tunc maxime a me ſeparati eritis: qñ me occideritis. Ego aūt dico qñ tunc maxime ſcietis τ gr̃a ſignoꝝ τ reſurrectōnis τ captiuitatis veſtre: qñ ego ſuʒ xp̄s filius dei: τ q non ꝯtrarior illi. pp quod ſubdit. Et a meip. ni. fa. ſed ſi. do. me pater ſic loquor. p hoc enim indifferentiam ſubſtātie manifeſtat: τ q nihil extra paternales itelligentias loquit̃. ſi enim deo ꝯtrarius eſſem: non tantā iram mouiſſem ꝯtra eos q me non audierunt. AUGU. Vel aliter. q: dixerat: Tunc cogno. q: ego ſum. τ ad ipſuʒ eſſe ptinet tota trinitas: ne forte ſubintraret error ſabellianoꝝ continuo ſubiunxit: Et a me fa. nihil. q. d. a meipſo non ſum: filius enim de patre eſt deus. Qd ergo addidit: Sicut do. me pr̃: hoc loquor: nemini veſtꝝ obrepat cogitatō carnalis. Nolite vobis quaſi duos homines aū oculos ponere: τ loquentē patrem ad filiū: Sicut facis tu qñ aliqua verba dicis filio tuo. Que enim verba fierent vnico verbo. ſi aūt deus loquit̃ in cordibus veſtris ſine ſono: quō loquitur filio ſuo? Incorporaliter pater locutus eſt filio: q: incorporaliter pr̃ genuit filiū: nec eū ſic docuit: quaſi indoctum genuerit: ſed hoc eſt eū docuiſſe qd eſt ſcientē genuiſſe. Si enim ſimplex eſt natura veritatis: hoc eſt filio eſſe q noſſe. quēadmoduʒ ergo pater illi gignēdo dedit vt eſſet: ſic gignēdo dedit vt noſſet. CHRY. Rurſus ad humilius ſermonē reduxit. Sequitur: Et q me miſit. Ne autem eſtiment hoc q dicit: Miſit me: minorationis eſſe. dicit: Mecum eſt: nam hoc quidem diſpenſationis: hoc autem deitatis eſt. AUGU. Et cum ambo ſimul ſint: vnus tñ eſt miſſus: alter miſit: qm̃ miſſio incarnatio eſt: τ ipſa icarnatio filij tm̃ eſt: nō τ patris. ergo iquit. Qui me miſit. i. cuius auctoritate tanqʒ paterna icarnat⁹ ſuʒ. Miſit itaqʒ pater filiū: ſed non receſſit a filio vñ ſequitur: Et non rel. me ſolum. Nō eni quo miſit filiū: non ibi erat pater q dixit: Celum τ terra ego ipleo: ſed quare eū non dereliquit ſubdit: Q: q̄ pla. ſunt ei fa. ſemp. non ex quodā initio: ſʒ ſine initō ſine fine. dei. n. generatio nō hʒ initiū tpis. CHRY. Videtur aliter. Q: ꝯtinuo dicebat: Qm̃ nō ex deo eſt: τ q: ſabbatū nō cuſtodit. ꝯtra qd ait: Qm̃ q̄ pla. ſunt ei fa. ſemp. oſtendens qm̃ τ ſoluer̃ ſabbatū placitū ē ei. Multipliciter. n. ſtudet vt oſtendat q nihil facit patri ꝯtrariuʒ τ q: hoc humanius locutus eſt ſubdit̃: Hec il. lo. mł. cre. in eū Ac ſi diceret euangeliſta: Ne turberis ſiqd humile a xp̄o audieris. qui n. poſt tantā doctrinā nondū ſuaſi erant humiliora audiunt τ ſuadent̃: igitur crediderūt qdam: ſed non vt oportebat. ſed ſimpliciter: quaſi letantes τ requieſcentes in verboꝝ humilitate. Et hoc oſtendit euāgeliſta in ſubſequentibus ſermonibus in quibus narratur q rurſus ei iniuriabantur.

## ¶ Feria. iij. Mathei. xxiij. cap.

LOcutus eſt ieſus ad turbas τ ad diſcipulos ſuos dicens: Super cathedrā moyſi ſederunt ſcribe τ phariſei. Oia ergo quecūque dixerint vobis ſeruate τ facite: ſecundum opera vero eorum nolite facere. Dicunt. n. τ non faciunt. Alligant autem onera grauia τ importabilia τ imponunt in humeros hominum: digito autem ſuo nolunt ea mouere.

CHRY. ſuper matth. Poſtqʒ dñs ſacerdotum reſponſionem proſtrauit: τ incorrigibileʒ eoꝝ ꝯditionē oſtendit: ſicut clerici ſi male fecerint inemendabiles ſunt: laici vero delinquentes facile emendant̃: tūc cōuertit ſermones ad apoſtolos τ ad populū. vnde dici